P

NAZIONALE
BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
8
31 M
2
ROMA

8. 31. M. 2

TABVLA AVREA

MAGISTRI PETRI DE BERGOMO,

Ordinis Fratrum Prædicatorum, Doctoris celeberrimi,

In omnia Opera Diui Thomæ Aquinatis, eiuſdem Ordinis.

Cum additionibus Concluſionum, Concordantijs dictorum eius, ac Diuinæ Scripturæ Auctoritatibus.

Nuper à vitijs innumeris expurgata, atque quàm plurimis propoſitionibus & allegationibus aucta.

Cum ſuis Regulis ad ipſius declarationem, de quibus in Præfatione ſequenti.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

THEOLOGIA

PHILOSOPHIA

VENETIIS, M D XCIII.
Apud Dominicum Nicolinum, & Socios.

COMMENDATIO DOCTRINAE SANCTI THOMAE DE AQVINO PER APOSTOLICAM SEDEM.

INNOCENTIVS PAPA, IN SERMONES QVI INCIPIT, ECCE PLVS QVAM SALOMON HIC, de Doctrina Diui Doctoris, S. Thomæ de Aquino Sacris Ordinis Fratrum Prædicatorum, ſic ait.

HVIVS DOCTORIS SAPIENTIA, PRAE CETERIS (EXCEPTA CANONICA) proprietatem habet verborum, modum dicendorum, ſententiarum, ita quòd numquàm qui eum tenuit, inueniatur à tramite veritatis deuiaſſe: & qui eum impugnauit, ſemper fuit de veritate ſuſpectus.

Copia Bullæ Apoſtolicæ, in qua Dominus VRBANVS PAPA SEXTVS, *iniungit Doctoribus vniuerſitatis Tholoſanæ, Anno Domini 1379. vt Beati Thomæ de Aquino Doctrinam, tamquam veridicam & catholicam ſectentur, eamque ſtudeant totis viribus ampliare: ſic dicens in Bulla tranſlationis corporis præfati Sancti Thomæ de Aquino.*

VRBANVS Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei, Venerabili Archiepiſcopo Tholoſano, & dilectis filijs Cancellario Eccleſiæ Tholoſanæ, vniuerſiſq; Magiſtris & Doctoribus, cęteriſq; clericis & laicis, in Ciuitate & Prouincia Tholoſana Commorantibus, Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Laudabilis Deus in ſanctis ſuis, & in ſui maieſtate mirabilis, cuius ineffabilis prouidentiæ altitudo, nullis incluſa limitibus, nullis terminis comprehenſa, recti cenſura iudicij, cœleſtia pariter & terrena diſponit: & ſi cunctos eius miniſtros magnificet, altis decoret honoribus, & cęleſtis efficiat beatitudinis poſſeſſores: illos tamen vt dignis digna rependat, potioribus attollit inſignijs dignitatum, & præmiorum vberiori retributione proſequitur, quos digniores cognoſcit, & commendat intenſior excellentia meritorum. Sic & alma mater Eccleſia, eius ſacra veſtigia inſequens, & exemplo inducta laudabili, licet vniuerſos in regnis cęleſtibus conſtitutos, ſtudijs honorare ſoliciris non deſiſtat, egregios tamen Doctores, per quorum perlucida & ſalutaria documenta, eadem Eccleſia illuſtratur, virtutibuſq; & moribus informatur, libenter & ſolerter exequitur, quæ ſunt Dei pręmiſſa meditatione perluſtrans, ad diuini nominis honorem & gloriam, & ad exaltationem Catholicæ Fidei, ſalutemq; fidelium, rite cenſuit, meritoq; prouidit, eoſdem in vniuerſali Eccleſia, honorificentiæ potioris munere, & impendijs attollendos. Sanè cum ſacrum & venerabile corpus Beati Thomæ de Aquino, ordinis Fratrum Prædicatorum, ſit de mandato noſtro, ad Eccleſiam Fratrum Prædicatorum Tholoſanam, proximo transferendum, nos attendentes, quanta à Deo ſcientia dotatus, ordinem Fratrum Prædicatorum, & vniuerſalem Eccleſiam illuſtrauerit, ac Beati Auguſtini veſtigia inſequens, Eccleſiam eandem doctrinis & ſcientijs quàmplurimis adornauerit, volenteſq; propterea idem corpus ſpeciali honorificentia attolli, vniuerſitatem veſtram requirimus & hortamur in Domino Ieſu Chriſto, vobis nihilominus, per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus dictum corpus, cum ad partes eaſdem transferretur, benigne & honorifice ſuſcipientes, eumque deuote ac venerabiliter pertractantes, faciatis ab alijs, quantum in vobis eſt, cum debita honorificentia ac deuotione ſuſcipi & tractari. Volumus inſuper, & tenore præſentium vobis iniungimus, vt dicti Beati Thomæ doctrinam tamquàm veridicam & catholicam ſectemini, eamque ſtudeatis totis viribus ampliare. Datum apud montem Flaſconem, ſecundo Calendas Septembris. Pontificatus noſtri Anno ſexto.

EPISTOLA VNIVERSITATIS, PARISIENSIS,

IN LAVDEM, DEFENSIONEM, ATQVE FAVOREM DOCTRINAE EIVSDEM DIVI DOCTORIS S. THOMAE DE AQVINO.

VNIVERSIS præſentes literas inſpecturis, Stephanus permiſſione diuina Pariſienſis Epiſcopus, Salutem in omnium Saluatore. Magiſtra rerum experientia, certis indicijs euidenter demonſtrat, multa quibuſdam temporibus ordinata conſulte, nouis emergentibus cauſis, ſuccedentibus temporibus, in contrarium debere conſultius immutari. Dudum ſiquidem fœlicis memoriæ quidam prædeceſſores noſtri Pariſienſes Epiſcopi, quoſdam articulos (ne forſitan eos male intelligentes, caderent in errorem) tamquàm erroneos, per excommunicationis ſententiam damnauerunt, & interdixerunt expreſsè. Quorum tamen nonnulli doctrinam eximij Doctoris Beati Thomæ de Aquino de ordine Fratrum Prædicatorum, tangere ab aliquibus aſſeruntur. Quam articulorum & ſententiarum promulgationem, Venerabiles viri, Decanus & capitulū Eccleſię dominæ noſtræ, ſicut veritatis zelatores, intimius conſiderantes, nec non doctrinæ ac famæ Beati Thomę prędicti iniuſtam denigrationem, veritatis occultationem, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ aliqualem dehonorationem, per venerabilem virum, magiſtrum Annibaldum Decanum, Attrabatenſem Archidiaconum, ſacræ Theologiæ Doctorem, & dominum Petrum de Fagello, Pariſienſem Canonicum, eorum propter hoc nuncios, ad nos ſpecialiter deſtinatos, nos requiſierunt, nobiſque ſupplicauerunt, quatenus vocatis omnibus ſacræ Theologiæ Doctoribus, ac cum eiſdem communicato conſilio, & deliberatione habita diligenti, & cum alijs etiam, qui de talibus & in talibus plura poſſunt, veritatis viam apperiremus, per quā in prędictis articulis, inquantum doctrinam Beati Thomæ prædicti, & Doctoris egregij tangere poſſunt, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ac Sancti prędicti & Doctoris venerabilis honorem & reuerentiam ſeruaremus. Nos igitur attendentes cum eis, quòd Sacroſancta Romana Eccleſia, mater omnium fidelium, & magiſtra fidei & veritatis, in firmiſſima Petri Chriſti Vicarij confeſſione fundata, ad quam velut ad vniuerſalem regulam catholicæ veritatis, pertinet approbatio doctrinarum, declaratio dubiorum, determinatio tenendorum, & confutatio errorum, pręfatum doctorem eximium & venerabilem, cuius doctrina fulget Eccleſia, vt Sole, Luna, nuper ſanctorum confeſſorum Cathalogo aſcribēdum decreuit diligenti diſcuſſione & examinatione habita ſuper vita ſancta, & doctrina clara ipſius, ipſumque quo ad vitam puram, & doctrinam ſalubrem, orbi terræ dignum & commendabilem prædicauit, cupientes glorioſum Deum in ſanctis ſuis, apud fidelium deuotionem, in terris glorioſus exaltari, ac ſacratiſſimæ matris noſtræ prædictæ deſiderantes veſtigia ſancta imitari, dictumque confeſſorem & doctorem glorioſum, fœliciter in cœlis regnantem, apud terrigenas deuotius & celebrius honorari,

rari, & præſertim cum fuerit vniuerſalis Eccleſiæ lumen prçfulgidum, gemma radians clericorum, fons doctorum, Vniuerſitatis noſtræ Pariſienſis ſpeculum clariſſimum, & candelabrum inſigne ac lucens, per quod omnes qui vias vitę, & ſcolas doctrinæ ſanæ ingrediuntur, lumen vident, claritatis vitæ, famæ claræ, & ſcientiæ lucidæ, velut ſtella ſplendida & matutina refulgens, per venerabiles ac dilectos conſiliarios noſtros fideles, Magiſtrum Vgonem de Biſuntio Cantorem Pariſienſem, Magiſtrum Stephanum de noua Villa, & Dominum Oddonem de Senonis, Canonicum Pariſienſem, inquiſitione facta ſuper dictis articulis, apud Doctores theologicæ facultatis, & eorum congregatione generali regentium & non regentium, ſæcularium & regularium ad hoc ſpecialiter conuocata, comperto per Dei gratiam, dictum confeſſorem Beatum, & Doctorem egregium, nil ſenſiſſe, docuiſſe ſeu ſcripſiſſe, quod ſanæ fidei, vel bonis moribus aduerſetur, de conſilio Venerabilium virorum Decani & capituli Pariſienſis, & Venerabilis Patris Domini Gulielmi, Dei gratia Viennenſis Archiepiſcopi, ſacræ Theologiæ profeſſoris, & aliorum vigintrium magiſtrorum in Theologia, vna cum Reuerendo patre ſupradicto in literis, cum eorum ſigillis per præfatos commiſſarios nobis commiſſos, necnon & trigintanouem bachalariorum in Theologia, ſuper hęc per literas eorum, proprijs ſubſcriptionibus & ſigillis munitis, ſuper hoc conſulentium & rogantium humiliter & deuote, & aliorum diſcretorum ſolenni ac maturo conſilio ſuper hoc habito, ſupradictam articulorum condemnationem, & excommunicationis ſententiam, quantum tangunt, vel tangere aſſeruntur, ſanam Doctrinam Sancti Thomæ prædicti, & Doctoris eximij, ex certa ſcientia, tenore præſentium totaliter annullamus. In cuius annullationis teſtimonium, ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Datum apud Bertiliacum, Anno Domini 1325. Die Iouis ante ſacros cineres.

LIBRI SANCTI THOMAE DE AQVINO.

ISTI SVNT LIBRI,

QVOS COMPOSVIT DIVVS DOCTOR, SANCTVS THOMAS DE AQVINO,

Sacri Ordinis Fratrum Prædicatorum:

Secundum ordinem & numerum prout allegantur in præſenti Tabula.

¶Prima pars ſummæ totius theologiæ, continent. q.119. & articulos 585.
Prima Secundæ, continens. q.114. & articulos 620.
Secunda Secundæ continens.q.189.& articulos 917.
Tertia pars, continens.q.90.& articulos 532.
Primum ſcriptum eius ſuper primum librum Sententiarum habens diſtinctiones 48. q.97.articulos 203. & quæſtiunculas 389.
Secundum ſcriptum Sententiarum habens diſtinctiones 44. q.70.art.264.& quæſtiunculas 353.
Tertium ſcriptum Sententiarum habens diſtinctiones 40.q. 89.art.271.& quæſtiunculas 542.
Quartum ſcriptum Sententiarum habens diſtinctiones 50. q.508.art.980.& quæſtiunculas 1452.
¶Summa cõtra Gentiles habens libros quatuor,& cap.473.
Liber qui dicitur, quæſtiones diſputatæ de veritate, habens. q.29.& articulos 240.
Quæſtiones de potentia Dei, habens q 10.& art.83.
Quæſtiones de Malo, habens q.16.& art.97.
Quæſtiones de Virtutibus in cõmuni, habens q.5.& ar.28.
Quæſtio de Vnione Verbi incarnati, habens art.5.
Quæſtio de Spiritualibus creaturis, habens art.12.
Quæſtio de Anima, habens art.21.
Quolibeta vndecim, quorum quæſtiones ſunt 100.& ar.210.
Sed ſecundum aliquos eius quolibeta ſunt tredecim, quorum articuli ſunt 247.
Quæſtiones eius de Vniuerſalibus.
Compendium theologiæ in communi, habens capitula 260.
Volumen opuſculorum eius, habens libros 73. quorum nomina, ordo, & numerus poſtea hic inferius annotabuntur ſuo loco.
Expoſitio ſancti Thomæ ſuper librum ſancti Iob.
Expoſitio ſuper primos tres nocturnos pſalterij Dauid.
Expoſitio ſuper Cantica canticorum Salomonis.
Expoſitio ſuper Iſaiam.
Expoſitio ſuper Hieremiam,& ſuper Trenos.
Opus aureum, ſiue cathena aurea, ex dictis aliorum ſanctorum doctorum contexta, ſuper quatuor libros Euangeliorũ in communi.
Poſtilla eius ſuper Matthæum in ſpeciali.
Poſtilla eius ſuper Ioannem in ſpeciali.
Expoſitio eius ſuper omnes epiſtolas Beati Pauli Apoſtoli.
Expoſitio ſuper librum Dionyſij de diuinis nominibus.
Expoſitio ſuper librum Dionyſij de cœleſti Hierarchia.
Collationes quadrageſimales.
Sermones Dominicales & feſtiui.
Scriptum eius ſuper commentum Procli Philoſophi in librũ de Cauſis.
Scriptum ſuper decem libros Ethicorum Ariſtotelis.
Scriptum ſuper octo libros Politicorum.
Scriptum ſuper libros Iconomicorum.
Scriptum ſuper duodecim libros Metaphyſicę.
Scriptum ſuper octo libros Phyſicorum.
Scriptum ſuper duos libros, de Cœlo & mundo, cum parte tertij.
Scriptum ſuper duos libros de generatione & corruptione.
Scriptum ſuper quatuor libros Methaurorum.
Scriptum ſuper tres libros de Anima.
Scriptum ſuper librum de Senſu & ſenſato.
Scriptum ſuper librum de Memoria & reminiſcentia.
Scriptum ſuper librum de Somno & vigilia.
Scriptum ſuper duos libros Poſteriorum.
Scriptum ſuper duos libros Perihermenias.
Scriptum ſuper librum Porphyrij.

Explicit numerus Librorum Diui Thomæ Aquinatis, Sacri ordinis Fratrum Prædicatorum.

Nomina, ordo, & numerus Opuſculorum Diui Doctoris S. Thomę de Aquino, ſecundum quod allegantur in pręſenti tabula, prout per tempora diuerſa, ex diuerſis mundiq́; partibus, ad manus noſtras deuenerunt.

Opuſc.

1m. Liber, ſiue tractatus contra errores Græcorum ad dominum Vrbanum Papam Quartum, qui ſic incipit. Libellum ab excellentia veſtra.
2m. Declaratio quorundam articulorum contra Græcos, Armenos,& Saracenos ad cantorem Antiochiæ, ſic, Beatus Petrus Apoſtolus. Aduerte, quod opuſc. hoc, in ordine opuſc. To.19. eſt tertium, tertium vero ſecundum.
3m. Compendium Theologiæ in ſpeciali. ſ. de Chriſtiana religione, ſub fide, ſpe,& charitate, ad fratrem Reginaldum, ſocium ſuum chariſſimum, ſic. Aeterni patris.
4m. De decem præceptis decalogi, & lege amoris homini neceſſaria. ſic. Tria ſunt homini neceſſaria.
5m. De articulis fidei,& de eccleſiæ ſacramentis ad Archiepiſcopum Panormitanum, ſic. Poſtulat a me.
6m, Expoſitio ſymboli Apoſtolorum, ſcilicet, Credo in vnum Deum, ſic. Primum quod eſt neceſſarium.
7m. Expoſitio orationis Dominicæ, ſcilicet, Pater noſter, ſic. Inter alias orationes.
8m. Expoſitio ſalutationis Angelicę, ſcilicet, Aue gratia plena, ſic. In ſalutatione.
9m. Reſponſio ad fratrem Ioannem de Vercellis ſacræ theologiæ profeſſorem, ac generalem magiſtrum ordinis fratrum Prædicatorũ de 108. articulis ſumptis ex opere domini Innocentij Papæ Quinti, qui fuit frater Petrus de Tarãtaſia, eiuſdem ordinis fratrum Prædicatorum, ſic. Primo conſiderandum eſt.
10m. Reſponſio ad eundẽ Generalem Magiſtrum præfati ordinis, de 42. articulis, ſic. Reuerendo in Chriſto Patri.
11m. Reſponſio ad fratrem Baſſianum, lectorem Venetum eiuſdem ordinis, de 36. articulis, ſic. Lectis litteris veſtris.
12m. Reſponſio ad Lectorem Biſuntinum eiuſdem ordinis, de ſex articulis, ſic. Chariſſimo ſibi.
13m. De differentia verbi diuini & humani, ſic. Ad intellectum huius nominis quod dicitur Verbum. Item alius tractatus eius de Verbo, ſic. Videamus quid ſit Verbum.
14m. De natura verbi intellectus, ſic. Quoniam circa naturam verbi.
15m. De Angelis ſeu de ſubſtantiis ſeparatis, ad fratrem Reginaldum, ſocium ſuum chariſſimum, ſic. Quia ſacris.

16m. De

16m. De vnitate ſeu pluralitate intellectus, contra auerroiſtas, ſic. Sicut omnes homines.
17m. Contra retrahentes homines à religionis ingreſſu, ſic. Chriſtianæ religionis propoſitum.
18m. De perfectione vitæ ſpiritualis, ſic. Quoniam quidam perfectionis ignari.
19m. Contra impugnantes religionem, ſcilicet contra Vuilielmũ de ſancto amore, ſic. Ecce inimici tui ſonuerunt.
20m. De regimine principum, ad regem Cipri, ſic. Cogitãti mihi quid offerrem Regis celſitudini.
21m. De regimine Iudæorum ad Duciſſam Brabantiæ, ſic. Excellentiæ veſtræ recepi literas.
22m. De forma abſolutionis ſacramentalis, ad tunc Generalem magiſtrum ordinis Fratrum Prædicatorum. ſic. Perlecto libello.
23m. Expoſitio primæ Decretalis. Firmiter, ad Archidiaconum Cudeſtinum, ſic. Saluator noſter.
24m. Expoſitio ſecundæ Decretalis. Damnamus, ad eundem Archidiaconum Cudeſtinum, ſic. Expoſita Forma.
25m. De ſortibus ad Dominum Iacobum de Burgo, ſic. Poſtulauit a me ueſtra dilectio.
26m. De iudiciis aſtrorum, ad fratrem Reginaldum, ſocium ſuum cariſſimum, ſic. Quia petiſti.
27m. De æternitate mundi, contra murmurantes, an potuerit eſſe, ſic. Suppoſito ſecundum fidem catholicam.
28m. De fato, ſic. Quæritur de facto, an ſit, & quid ſit.
29m. De principio indiuiduationis, ſic. Quoniam duæ ſunt.
30m. De Ente, & eſſentia Opuſculum hoc expoſitum a D.D. Thoma de Vio Caietano, quære inter opera Diui Thomæ, Tomo quarto, poſt Metaphyſicam.
31m. De principiis naturæ, ſiue de principiis rerum naturalium, ad fratrem Syluestrum eiuſdẽ ordinis, ſic. Quoniã quoddam.
32m. De natura materiæ, ſic. Poſtquam de principiis.
33m. De miſtione elementorum, ad magiſtrum Philippum, ſic. Dubium apud multos.
34m. De occultis operibus naturæ, ad quendam militem nobilem, ſic. Quoniam in quibuſdam.
35m. De motu cordis, ad magiſtrum Philippum, ſic. Quia omne quod mouetur.
36m. De inſtantibus, ſic. Quoniam omnem durationem.
37m. De quatuor oppoſitis.
38m. De demonſtratione, ſic. Ad habendum cognitionem.
39m. De fallaciis, ad quoſdam nobiles artiſtas, ſic. Quia logica eſt rationalis ſcientia.
40m. De propoſitionibus modalibus, ſic. Quia propoſitio modalis. Opuſculum de eruditione principis nuper in Vaticana inuentum, tanquam vere a Diuo Thoma editum, inter certa poſuimus, ſed numero illud non ſignauimus, ne antiquã ſeriem opuſculorum, a conſueto diuerteremus ordine.
41m. De natura accidẽtis, ſic. Quoniam omnis cognitio humana.
42m. De natura generis, ſic. Quoniam omnis creatura.
43m. De potentiis animæ, ſic. Vt adiutorium homini collatum.
44m. De tempore, ſic. Sicut vult Philoſophus.
45m. De vnitate, vel pluritate formarum, ſic. Quoniam ſanctum eſt.
46m. De dimẽſionibus interminatis, ſic. Poſtquam de principiis.
47m. De natura ſyllogiſmorum, ſic. Quoniam ſeire eſt.
48m. Summa totius logicæ, ſic Quoniam omnes homines, prout etiam in ſupplemẽto cronicarum, lib. 13. fol. 130. allegatur.
49m. De ſenſu reſpectu ſingularium, & de intellectu reſpectu vniuerſalium, ſic. Circa conſiderationem ſenſus.
50m. De inuentione medij, ſic. Quoniam principium ſyllogizandi unamquamque propoſitionem.
51m. De natura luminis, ſic. Conſiderandũ eſt de natura luminis.
52m. De natura loci, ſic. Ad ſciendum naturam loci.
53m. De intellectu & intelligibili, ſic. Sciendum quòd ad rationem eius quod eſt intelligere.
54m. De quo eſt, & quod eſt, ſic. In omnibus in quibus eſt compoſitio ex materia & forma.
55m Primus tractatus de vniuerſalibus, ſic. Circa vniuerſalia.
56m. Secundus tractatus de vniuerſalibus, ſic. Quoniam dicit Ariſtoteles.
57m. De officio in feſto corporis Chriſti, ſic. Sacerdos in æternũ.
58m. De venerabili ſacramento Altaris per modum ſermonum, ſic. Venite & comedite.
59m. De eodem venerabili ſacramento Altaris, per modum decẽ prædicamentorum, ad petitionem quorundam prælatorum & baronum, ſic Memoriam fecit mirabilium ſuorum.
60m. De humanitate Chriſti, ſic. Chriſtus Ieſus.
61m. De dilectione Dei & proximi, ſic. Magiſter, quod eſt mandatum.
62m. De diuinis moribus, ſic. Perfecti eſtote.
63m. De beatitudine, ſic. Beati qui habitant.
64m. De puritate conſcientiæ, & modo confitendi, ſic. Quoniam fundamentum.
65m. De officio ſacerdotis, ſic. Quia ſacerdotis officium.
66m. De expoſitione miſſæ, ſic. In uirtute ſanctæ crucis, & ſacramenti altaris.
67m. De vſuris in ſpeciali, ſcilicet in emptione & uenditione ad terminum, ſiue ad tempus, ſiue ad credentiam, ad fratrem Iacobum Viterbienſem, lectorem Florentinum, eiuſdẽ ordinis, ſic. Cariſſimo in Chriſto fratri Iacobo.
68m. De modo acquirendi diuinam ſapientiam, ſic. Quia quæſiuiſti a me.
69m. Expoſitio in librum Boetij de Ebdomadibus, ſic. Præcurre prior in domum tuam.
70m. Expoſitio in librum Boetij de trinitate, ſic. Ab initio natiuitatis.
71m. De uirtutibus & uitijs, ſic. Quatuor ſunt uirtutum ſpecies.
72m. De concordantijs ſuipſius, ſcilicet dictorum eiuſdem ſancti Thomæ, in quibus aliquando uidetur apparenter ſibimet contradicere, ſic. Pertranſibunt plurimi.
73m. De vſuris in communi, ſic Omnis homo a natura non degenerans, ueritatem amat.

¶ Hoc ultimum opuſculum, quia neglectu quorundam, cum aliis ſancti Thomæ opuſculis impreſſum non fuit, cum tamen ut a peritis antiquioribus patribus ſacri ordinis fratrũ prædicatorum accepimus, abſque dubio ſit opuſculum eius, atque in eodem opuſculo, c°. 19. alleget opuſculum quartum de decem præceptis decalogi, ubi c°. 24. in fine, oſtendens differentiam inter uſuram & furtum & rapinã, ſic ait. Et de his alias ſcripſimus in ſeptimo præcepto decalogi diffuſius, idcirco ipſum ultimum opuſculum de uſuris in communi, in hac ſaltem tabula, quo ad principales eius concluſiones perutiles ac neceſſarias, plenius ſub dictione Vſura, per ordinem concluſionũ, ut imprimeretur curauimus. Cõſtat enim eundem Diuum doctorem, perſonis diuerſis, in diuerſis mũdi partibus conſtitutis, diuerſos edidiſſe libros, atque tractatus, qui omnes ad noſtras forſitan non deuenerunt manus, eo modo quo & ipſe allegat dictum Ariſtotelis dicent, ꝙ Alexander dicit, quòd ſecundum Ariſtotelem Deus habet prouidentiam de iſtis inferioribus: qui tamen liber Ariſtotelis uel dictum eius de prouidentia dei, aliter ad manus latinorum nondum deuenit. Et de beato Dionyſio ait, quòd Dionyſius quatuor fecit libros, ſecundum ꝙ aliquid dicitur de deo quadrupliciter, ſed liber primus non eſt tranſlatus de græco in latinum. Et ſicut ultra compendium theologiæ in ſpeciali, ſcilicet de chriſtiana religione, ſub fide, ſpe, & charitate, quod ſcripſit deuote, ad fratrem Reginaldum, cariſſimum ſocium ſuum, aliud ſcripſit compendium theologiæ in cõmuni, & ultra determinationes quas in ſumma Theologiæ fecit de unaquaque uirtute in ſpeciali, idem Diuus Thomas aliam quæſtionem compoſuit de uirtutibus in communi, ſic & ultra determinationes, & ultra opuſculum quod fecit de uſura in ſpeciali, ſcilicet in emptione & uenditione ad terminum, ſiue ad certum tempus, ſiue ad credentiam, aliud opuſculum compoſuit, de uſuris in communi, in re diuino atque humano, undique circumfultum.

Explicit numerus Opuſculorum Diui Thomæ Aquinatis, Sacri Ordinis Prædicatorum.

DECLARATIO PROOEMIALIS, QVA PVLCHRE PRAESENTIS TABVLAE SERIES,

ET CONTINENTIA OSTENDITVR, MODVSQVE IN EA PROCEDENDI, QVAM FACILIS APERITVR.

AD laudem, & gloriam vnius, & trini Dei, eiuſque glorioſiſſimæ genitricis, ſemperque intactæ Virginis Mariæ, & Sancti Patriarchæ Dominici, ac Doctoris Angelici Diui Thomæ de Aquino, ſacri ordinis fratrum Prædicatorum, vnà cum tota cæleſti Curia triumphante, Tabulam vere Auream, & certiſſime pretioſam, quantis, quulibuſque diurnis, pariter ac nocturnis ſudoribus, nouit Dominus, correctam, expurgatam, auctam, atque omni ex parte decoratam gratis accipiant, quicunque in veridica, catholica, & ſaluberrima eiuſdem S. Thomæ doctrina proficere cupiunt, pro facili eius notitia, hæc, quæ ſequuntur, neceſſariò prænotantes.

¶ Primum. Continet præſens Tabula, per modum, & ordinem alphabeti, concluſiones, & principales ſententias librorum omnium, & opuſculorum eiuſdem S. Thomæ, tam in artibus, quàm in ſacra pagina, atque Diuina Theologia, prætermiſſis ijs tamen, quæ in ſua Catena aurea ſuper libros Euangeliorum, ex ſanctorum dictis, miro ordine contexuit, atque alijs, quæ nobis in opuſculo de Eruditione Principis ac in ſuis ipſe ſermonibus, nunc primùm luci traditis, quàm doctè, ne pic minus ſcripta reliquit.

¶ Secundum. Eadem ſæpe concluſio ob multas in ipſa concluſione, variaſque dictiones notabiles, ſub diuerſis ſuis poſſet ſerioſe locari vocabulis, quæ tamen concluſio ex diuerſis aliquando libris collecta breuitatis ſtudio, ſub uno tantum, & principaliori eius vocabulo traditur: & quo ad reliquas dictiones in concluſione eadem minus principaliter contentas, fiet remiſſio per principalem dictionem ad concluſiones alias, aliarum dictionum, cum numero ſuę concluſionis ſuo loco in margine iuxta concluſionum principia deſignato.

¶ Tertium. Copiam, & dictionum neceſſariam multitudinem, quæ poſt conſuetas allegationes diuerſis, uarijſque locis diſpoſita, ſingulis plerunque concluſionibus poſtponuntur, pertranſire non licebit. pro quarum omnium diſtincta notitia, cautum ſit, quòd ipſarum aliquibus diſiunctio, vel, præponitur: nonnullis autem coniunctio, vt, præmittitur, quàmplurimis vero ſtella hæc * præſignatur. vt exempli cauſa, Abdicatio rerum temporalium &c. poſt allegationes 12ª. & 22ª. has habet dictiones. Perfectio 71. Melius 3. &c. nullo horum eis ſigno præpoſito, quod inſinuat, quæ in huiuſmodi dictionibus tractari contingit, ad concluſionem prædictam, videlicet, Abdicatio rerum &c. aliquo pacto pertinere. His dictionibus ſubſequuntur, ſcilicet Amor 93. 94. Martyrium 13. &c. quibus, cum diſiunctio, vel, præponatur: oſtenditur de alia dictione eas loqui, & non amplius de Abdicatione quòd perfectior ſit animi præparatio. Dictiones autem, quibus coniunctio, vt, præmittitur: ſimile ibi aliquid, quaſi in exemplum adduci deſignant. Illa vero omnes, quæ ſtellam hanc * præuiam habent, inſinuant, dictiones huiuſmodi non eſſe ſingularum propoſitionum, quibus poſtponuntur ad propoſitum; ſed tantummodo dictionum, de quibus agitur. Quàmuis incuria aliquibus ſtella haud præmittatur, quibuſdam, iniuria, poſita ſit, quod facillime ex dictionum multitudine cognoſcetur, exempli gratia. Concupiſcentia 3. poſtponitur dictioni Abbominatio; in qua tamen dictione Concupiſcentia 3. non de tota præpoſita concluſione, ſed de dictione hac tantum Abbominatio, agitur. Vt autem facilius quod de his dictionibus quæritur, habeatur, verbi gratia. De premio accidentali: operæpretium magis & fas commodum erit, dictionem, Accidentale, quàm Præmium, diſcurrere: quoniam quęrenti, quem plus Deus amet, quoad pręmium accidentale; num innocentem, an pœnitentem; cum ibi ſit. Amor 32. facillime citato loco id obuium erit. Quę dictio. Accidentale, in capite verſus cum ſigno hoc ¶ ſibi pręmiſſo, poſt Accidentaliter, ponenda erat: Similiter, in quo habitus ſubiectiue inueniatur, minus moleſtum erit, dictionem ſubiectiue, requirere, ibique poſt præfatam dictionem, habitum illum videre, vt, Abſtinentia, Audatia, &c. ſuiſque locis citationes, & tutius, ei iuſque quod optatur habebitur: quamuis illę dictiones, poſt primam ſubiecti propoſitionem ſint collocatę: cum immediate eſſent locandę poſt, Subiectiue, in quo ſint habitus ſubiectiue deſcribitur. quod de reliquis quoque dictum ſit. Et hęc duo hic adducuntur, vt in exemplum, ſimulatque in errati correctionem tranſeant.

¶ Quartum. Vt Doctoris Almi ſcripta pręclara facilius eluceſcant, maxima plerunque concluſionum multitudo, ſub vno ſucceſſiue vocabulo numeratur. Et, ne hinc in quęrendo confuſio oriatur, ſed quod deſideratur, occurrat citius, fiet earum diſtinctio in margine per dictiones ad rem, de qua in concluſione illa ſermo eſt, attinentes; vt puta ad Quidditatem rei, uel ad Diuiſionem, vel ad ad Cauſam, vel ad Effectum, vel ad Subiectum, vel ad aliquid huiuſmodi, quibus innuitur, concluſiones omnes, & ſententias, ſub dictis dictionibus poſitas ad eandem illius vocabuli diſtinctionem, & ſignificationem, ibi deſignatam pertinere.

¶ Quintum.

¶ *Quintum.* Quo impreſſis hactenus Doctoris Sancti, atque in poſterum imprimendis libris omnibus præſens Tabula deſeruiat: vt quod inquiritur, ſatis facile, & prompte magis habeatur, priſtino allegandi ſententias per columnas confuſiſſimo, ac impreſſionum varietate ſemper incerto relicto more, articulorum corpora, reſponſiones ad argumenta, pſalmos, capitula, lectiones, expoſitionem literæ Magiſtri ſententiarum: ac cetera quæcumque, in tres partes mentis oculo reſtant diſtinguenda: nempe in principium, in medium, & in finem, & ſub alphabeticis quibuſdam maiuſculis, in columnarum medio ſitis: ſubque quandoque etiam minuſculis in textu, & in textus ipſius expoſitione paſſim reſperſis characteribus, ſententia, & concluſiones quæcumque continuò inuenientur. Exempli cauſa. Habetur in Tabula propoſitio iſta, Abias interpretatur pater Deus. Mat. 1. medio c. D. Hæc propoſitio, non in principio expoſitionis primi capitis in Matthæum, non in fine, ſed in eius medio ſub littera minuſcula. c. ſubque. D. maiuſcula quàm citius inuenietur. Legitur quoque. Accidens duplex. ſ. ſimplex, & copulatum ſubiecto. Meta. 7. lec. 4. medio d. H. Et hæc pariter (Accidentis diuiſio, in medio expoſitionis lectionis quartæ ſeptimi libri Metaphyſicorum ſub literis. d. H. eam expetenti confeſtim occurret. Et ſimiliter omnia preſtò aderunt, quæcunque pari modo requirentur.

¶ *Sextum.* Allegationes quàmplurimæ in præſenti Tabula, in ſe quidem ſub compendio, & ſub breuitate literæ imprimuntur, ſed ad vnam tamen, eandemque concluſionem ſub multitudine, multiplici de cauſa ponuntur: vt lectoribus, & prædicatoribus detur uia, & promptitudo facilitandi materias, atque facilius intelligendi concordantias diuerſarum concluſionum Doctoris S. qui imitatus pro poſſe Sacram Scripturam (de qua ipſe ait, quod nihil ſub ſenſu ſpirituali, fidei neceſſarium continetur, quod maniſeſte alicubi per ſenſum literalem Scriptura Sacra non tradat,) & qui etiam a ſimili de beato inquit Dionyſio, quòd multoties utitur quadam verborum multiplicatione, quæ licet ſuperflua videatur; diligenter tamen conſiderata, magnam ſententiæ profunditatem continere inuenitur, quod vno loco aliquando obſcure, atque ſub ſibi innata breuitate Diuus Thomas dicit, clarius alio in loco, ac diffuſius ponit. Pro dictarum ergo notitia allegationum ſciendum, quòd vbi in præſenti Tabula legitur ſic 1ª. intelligitur illud eſſe in Prima Parte ſuæ Summæ Theologiæ, 12æ. in Prima Secundæ. 22æ. in Secunda Secundæ. 3ª in Tertia Parte. 1. d. in primo libro Sententiarum, diſtinctione tali, ſecundum numerum, qui ſemper immediate ſequitur illud, cuius eſt numerus. 2. d. in ſecundo Sententiarum, diſtinctione tali. 3. d. in tertio Sententiarum, diſtinctione tali. 4. d. in quarto Sententiarum, diſtinctione tali. q. quæſtione. ar. articulo. Et ſi repetatur. q. antequàm ſequatur talis virgula /. quæ eſt ibi pro, Item, diſtinguens vnam allegationem ab alia, circa eandem concluſionem: tunc intelligitur. q. quæſtiuncula. a. in argumentis pro prima parte articuli. b. in argumentis pro alia parte articuli. c. in corpore articuli, ſiue in reſponſione principali. d. in reſponſione ad argumenta eiuſdem articuli. vel fiet. m. ſupra numerum argumenti, ſic 1m. 2m. 3m. &c. L. 1. in expoſitione primæ partis literæ Magiſtri Sententiarum. L. 2. in expoſitione ſecundæ partis literæ eiuſdem Magiſtri. lec. lectione. o. per totū. prin°. in principio. me°. in medio. fi, in fine. Ꝯ. in ſumma contra Gentiles. li°. libro. c°. capitulo. 1m. in notabili primo eiuſdem capituli. 2m. in ſecundo notabili. 3m. in tertio &c. Veri. in quæſtionibus diſputatis de Veritate. Po². in quæſtionibus diſputatis de Potentia Dei. Ma. in quæſtionibus diſputatis de Malo. Virt. in quæſtionibus diſputatis de Virtutibus in communi. Vnio. in quæſtione diſputata de vnione Verbi incarnati. Spiritu. in quæſtione diſputata de ſpiritualibus creaturis. Anima. in quæſtione diſputata de Anima. Quol. Quolibeto. Opuſ. Opuſculo. Iob. in expoſitione eius ſuper librum. Iob. Pſal. in expoſitione eius ſuper pſalterium Dauid Prophetæ. Eſa. in expoſitione eius ſuper Eſaiam. Mat. in poſtilla eius ſuper Matthæum. Io. in poſtilla eius ſuper Ioannem. Rom. in expoſitione eius ſuper epiſtolam B. Pauli Apoſtoli ad Romanos. 1ª. Cor. in expoſitione eius ſuper epiſtolam primam ad Corinthios. 2ª. Cor. in expoſitione eius ſuper epiſtolam ſecundam ad Corinthios. & ſimiliter fiunt allegationes aliarum epiſtolarum B. Pauli, prout communiter abbreuiatæ ſcribuntur, & imprimuntur. Dion. in commento vel ſcripto eius ſuper Dionyſium de diuinis nominibus. Trin. in expoſitione eius ſuper Boetium de Trinitate. ſiue Opuſculo 70. Ebdo. in expoſitione eius ſuper Boetium de Ebdomadibus, ſcilicet de editionibus, ſiue conceptionibus. vel Opuſculo 69. Cauſis, in commento eius ſuper Auctore libri de Cauſis. Ethi. in commento eius ſuper decem libros Ethicorum Ariſtotelis. Ente 1. vel 2. &c. in libro eius de Ente & eſſentia capitulo primo, vel ſecundo, &c. Meta. in commento eius ſuper duodecim libros Metaphyſicę Ariſtotelis. Phy. in commento eius ſuper octo libros Phyſicorum Ariſtotelis. Ca. in commento eius ſuper libros de Cęlo, & mundo. Gen. in commento eius ſuper libros de Generatione. Anima. in commento eius ſuper libros de Anima. Methau. in commento eius ſuper libros Methaurorum. Senſu. in commento eius ſuper librum de Senſu, & ſenſato. Memo². in commento eius ſuper librum de Memoria, & reminiſcentia. Somno. in commento eius ſuper librum de Somno & vigilia. Poſter. in commento eius ſuper libros Poſteriorum. Periher. in commento eius ſuper libros Perihermenias. Quando autem non ſignatur liber, vel capitulum, tunc primus liber, vel primum capitulum ſubintelligitur. Exempli gratia. Ro. lec. 1. intelligendum eſt. Romanorum primo capitulo lectione prima. ſimiliter Phy. lect. 8. legendum eſt. Phyſicorum, libro primo, lectione octaua.

¶ *Septimum.* In hac Tabula, poſt vnam concluſionem poſitam ad vnam partem, cum ſuis diuerſis allegationibus, in ſequenti concluſione adducitur aliquid in oppoſitum, & ad aliam partem, & serioſe aliquando diminute, etiam cum ſuis allegationibus, ad facilitandas materias, vt ſic perutilis, ac præclariſſimus exprimatur arguendi, docendique modus in doctrina, & libris Doctoris ſancti & communiter ſic imprimitur. Oppoſitum videtur dicere. Vel ſic. Immo &c. Pro maiori autem declaratione, & concordantia illarum concluſionum, in quibus (prout ſibi a nonnullis imponitur) Diuus Doctor Thomas, apparenter ſaltem aliquando in ſe vel in ſuo ſimili contradicere ſibi videtur; poſt illas duas concluſiones, & poſt allegationes vtriuſque, ibi immediate pro earum concordantia quę plerunque fit per dicta eiuſdem Sancti Doctoris, ſic imprimitur. Reſpondeo. Dubio. cum numero talis dubij, vel concordantiæ ſecundum numerum dubiorum, & ſecundum ordinem huius Tabulę per Alphabetum. Et ſic fiet remiſſio ſub tali numero ad numerum concordantiarum, & dubiorum, atque dictorum eius, quę non diminute, ſed complete adducentur, prout iacent in libris eiuſdem S. Thomæ. Quę quidem dubia poſt duas illas concluſiones in margine aſſignantur, cum ſuo numero, & ponuntur in fine huius Tabulę, etiam cum ſuo numero, & cum ſuis allegationibus, & reſponſionibus, dicta dubia concordantibus, eo maxime quod idem Doctor Sanctus in ſe, vel in ſuo ſimili in dictis ſuis, ſi recte, atque diligenter inſpiciatur, ſeipſum declarat.

¶ Octauum.

¶ Octauum. In pręſenti quoque Tabula poſt concordantias ante dictas ponuntur Sacrę Scripturę tam noui, quàm veteris Teſtamenti authoritates, quas idem Diuus Thomas in libris ſuis pręcipue in Theologica facultate, diligenti, ac vigilanti ſtudio, licet quędam aliquando incidenter, ſecundum catholicę fidei veritatem, nobis exponere dignatus eſt. Quę authoritates ponuntur ſecundum ordinem librorum, & capitulorum eiuſdem Sacrę Scripturę, cum allegationibus eiuſdem Diui Thomę in libris ſuis. Vbi etiam quandoque quo ad allegationes, fit remiſſio unius authoritatis ad aliam ſuperiorem, uel inferiorem ſimiliter authoritatem: eo quod uel ibi eadem authoritas uel in ſe, uel in ſuo ſimili declaratur.

¶ Nonum. In hac eadem Tabula non ſeruantur plerunque regulę Orthographię, in aſpirationibus, diphtongis, literis K. y. & huiuſmodi, ſed fere omnia, ſecundum communem, vel potius antiquum uſum ſine ijs imprimuntur; ut quęlibet concluſio, uel dictio, in ea poſita, facilius, & ad libitum inueniatur.

TABVLA AVREA EXIMII DOCTORIS,

FRATRIS PETRI DE BERGOMO,

SACRI ORDINIS FRATRVM PRÆDICATORVM,

Congregationis vitæ regularis vtriuſque Lombardiæ, Sacræ Theologiæ profeſſoris, in ciuitate Placentiæ, cum maxima populi veneratione, ſub deuoto depoſito ſepulti, Anno ſalutis humanæ 1484. in omnes libros, opuſcula, & commentaria D. Thomæ Aquinatis, eiuſdem ordinis, cum præclariſſimis additionibus concluſionum, & ſuis concordantijs, atque diuinæ ſcripturæ auctoritatibus, per eundem Diuum Thomam, iuxta catholicæ fidei veritatem euidentiſſime expoſitis.

A PRÆPOSITIO.

Differentia. 1 PRÆPOSITIO denotat principale agens: ſed Per prępoſitio, denotat cauſam inſtrumentalem. 4.d.1.q.1.ar.4.q.1 c.ſi.
2 A vel ab præpoſitio deſignat tñ habitudinem principij effectiui, ſed Per prępoſitio, deſignat habitudiné cuiuſcũq; cauſæ. 1.d.32.q.2.2.c./L.prin^{o}. /. d. 42. L. ſi. /. Poſteriorum.lec.1.prin^{m}. vt Eua.1. Per.o.
3 Omne quod eſt ab aliquo, eſt per illud, & non econuerſo. 1 d.32.q 2.1.c.
Quis. 1 AARON fuit ſacerdos, & fuit pontifex, ideſt, princeps ſacerdotum. 4.d.24.q.3.ar.2.q.1.1^{m}. /.Conſecratio.19.Maria.4.
2 Filiæ Aaron poterant nubere in qualibet tribu Iſrael: quia non habebãt ſortem in hæreditate. 4.d.30. q.2.ar.2.q.3.4^{m}.
3 Aarõ occulte punitus fuit, propter cõflationé vituli, vt ſlati pontifica-clã, ad euitandum ſcãdalũ. 4.d.46.q.2.ar.2.q.2.5^{m}.
¶ Abacuch. Agilitas.4.
¶ Abagarus. Imago. 41.
¶ Abbas. Bened & o.7. Inueſtiri. Religio.72.
1 ¶ ABBATISSA, non habet prælationem ordinariam. 4.d. 19. q.1.ar.1.q.3.4^{m}./.d.25.q.2.ar.1.q.1.2^{m}. Claus.12.
2 Inordinatum eſt. quód nimis iuuenculæ fiant abbatiſſæ. 1^{a}. Tim. 5^{m}.c.2.prin^{m}.
Cõparatio. ¶ Abdicatio rerũ temporalium ſecundũ præparationé animi (vt ſcilicet homo ſit paratus ſi opus fuerit omnia diſtribuere) pertinet directe ad perfectioné: non auté abdicatio rerum actualis: quia ſic in ea non conſiſtit eſſentialiter perfectio: ſed eſt quoddam perfectionis inſtrumentum. 12^{a}.q.108. q.4. 4^{m}. /22^{a} q.184.7.1^{m}. Perfectio.71.Mch^{o}.3.Voluntas.54. Offerre.Benefacere.1. Paupertas.3. vel Amor.93.94. Bonum. 165. Martyrium.13.Beatitudo.19.Beneficium. 1.4.5. Electio. 38. Diuitiæ.10.Obiecta.12.Perfectio.64.74.Chriſtus.90.
¶ Abduci Bonitas 47. Raptus.1. Virtus. 41.Vitium.
¶ Abel. Aetas.5 Euchariſtia.12.Sacramentum.243.
¶ Abeſſe. Accidens.62.
¶ Abhorrere. Animal.41.
Quis. ¶ Abias interpretatur pater Deus. Mat.1.me^{o}.c.C.
¶ Abiectio.Intellectus.67.Paſſio.1. & circa.
Quare. ¶ Abiectus. Chriſtus voluit abiectos eſſe ſuos conſanguineos & diſcipulos: ne eorum prædicatio ad aliquod terrenũ commodum compoſita videretur: & ne ſalus mundi aſcriberetur humanæ ſapientię, aut virtuti; ſed ſolum diuinę. Opuſ.2.c^{o}.7. Abdicatio.vel Vilis.Religio.90.
Figura. ¶ Abijcere tẽporalia dupliciter cõtingit, ſ. propter contemplationé diuinorũ, & ne ſenſus inuoluatur eis. Primũ ſignificatur per raſurã clerico ſ Secũdũ vero per tõſurã. 4.d.24.q.3. ar.2.q.1.c./2^{m}./.q.3.c.Opu.65.c^{o}.9. Abdicatio. Abiectus. Abraham.27. Abrenuntiatio. Socrates.1. Chriſtus.90.
Figura. ¶ Abyſſus, ideſt, ſine biſſo, ſcilicet ſine pulchritudine, vel ſine baſi, ideſt, ſine fundamento: & dicit ſecundum Auguſtinum profunditatem aquarũ immeabilem. 1^{a}.q.69.2.c.b./.u. d.12. L./.Pſal.32.me^{o}.ſ.K Cęlum. 55.Ma.14.

Abyſſus in ſcriptura, ſicut & tempeſtas, importat malum. Pſal.41.ſi.e.D. Interpretatio.
¶ Abiurare. Hæreſis. 23.24.
¶ Ablactatio. Tempus.33.
1 ¶ Ablatiuus conſtruitur in vi cauſę efficientis, vel finalis, vel formalis, vel in vi effectus formalis. 1^{a}.q.37.2.c./.1. d.32. q 1.1.c./.3.2^{m}. Generatio.89. Conſtructio
2 Græci carent ablatiuis: ideo vtuntur genitiuis pro ablatiuis. Ro.2.lec.3.ſi.A.
¶ Ablatum, vel male detentum debet reſtitui. 2. 2.q 62.2 o. 8.c.4.d 15.q.1. ar.5.q 2.o. Acquirere. Baptiſmus. 107. Paſſio.102. &c. Reſtitutio.o, vſura.137.142.&c. Reſtitutio.
¶ Ablutio manuum in miſſa fit ad decentiam: & ſignificat emundationem etiam a minimis peccatis. 3^{a}.q.83.5.1^{m}. Baptiſmus.57.156.192.231.256.248.Confirmatio.22. Euchariſtia.278.Lotio.Sacerdos 21.Sacramentum.124. Figura.
¶ Abnegatio. Fides. 8.19.
¶ Abolitio. Accuſatio.27.Ceſſare.4 Circunciſio.7.9.42. Lex. 223. Maria 34.Papa.3.Pœnitentia.10.
¶ Abhominatio eſt actus appetitus refugientis cognitionem alicuius rei.2.d.26.q.1.3.c.me^{o}.C./.Pſal.5.me^{o}.c.L./. Pſal.13. prin^{o}.2.C.^{o} Concupiſcentia.3. Paſſio.59. Quid.
¶ Aborſus eſt graue peccatum: & inter maleficia computandũ: & eſt contra naturã: quia etiã beſtiæ fętus expectãt. Tamé eſt minus graue, quàm homicidium: quia adhuc poterat, alio modo impediri cõceptus. Nec eſt iudicãdus talis irregularis: niſi iã formato puerperio, aborſum procuret. 4.d.31.L.prin^{o}. Peccatum.
¶ Abortiuum dicitur fętus naſcens ante tempus debitum, vel fœtus vi eductus, vel non perductus ad debitam quantitaté, ſecundum Iſidorum. 1^{a}.Cor.15.lec.4.ſi. Baptiſmus.140. Matrimonium.56.Occidere.16. Puer.1. Quid.
1 ¶ ABRAHAM fuit ſacerdos, & propheta. 3^{a}.q.31.2.c./.8.4^{m}./. Math.1.prin^{o}.H. Prophetia.88. Perfectio.
2 Abraham fuit perfectus.2.2.q.186.4.2^{m}./. Quol. 4.24. 3^{m}./. Opuſc.18.
3 Abraham æqualiter meruit in matrimonio: ſicut Ioannes in virginitate.2.2.q.152.4.1^{m}./.q.186.4.2^{m}./.4.d.33.queſt.3.3. 5^{m}./.Opuſ.18./.Mat.11.me^{o}. B./.Io.8.lec.5.m^{o}.b.ſi./.1^{a}.Cor. 7 lec.6.prin^{o}.E.
4 Oppoſitũ videt dicere.22^{a}.q.152.4.1^{m}./.5.c.1^{a}.Cor.7. lec. 8. Reſp^{o}.Dub^{o}.1.in fine huius tabulæ Et ſicut Abraham.5. Du^{m}.1^{m}.
5 Verũ eſt, quòd Abrahã ęqualiter meruit reſpectu præmij eſſentialis, nõ auté reſpectu pręmij accidẽtalis: quia meritũ nõ ſolũ penſatur ex genere actus, ſed magis ex animo operãtis. Habuit autem Abraham animum ſic diſpoſitum, vt paratus eſſet virginitatem ſeruare, ſi eſſet tempori cõgruum, ex quo meritum continentiæ coniugalis in ipſo æquatur merito cõtinentiæ virginalis in Ioanne, reſpectu præmij accidentalis. 22^{a}.q.152.4.1^{m}./.2^{m}./.ſ.3.c^{o}.137.Virginitas.21.25.
6 Abraham eſt primum exemplum fidei tripliciter, ſcilicet primo recedendo ab infidelibus: primo credendo aliquid ſupra naturam: & primo accipiendo circunciſionem. 22^{a} q 102.5. 1^{m}./.3^{a}. q.70. 2.c./.4.d.1.L./. 2.d.45.q.1.ar.2.q.1.c / He.6. lec.4.prin^{m}. Circunciſio.14.
7 Idolatria incępit tẽpore Abrahæ.22^{a}.q.94.4.2^{m}./. q. 74.6./. c./.3^{a}.q 70.2.1^{m}./.4.d.1.q.2.ar.1.q.2.ar.1.q.3. 1^{m}./.2^{m}./.Ro. lec.8.prin^{o}. C.He.7.lect.1.prin^{o}.B. Peccatum.

8 Abraham petens ſignum promiſſæ poſſeſſionis, non temptauit Deum, nec peccauit. 22æ.q.97.2.3m.

9 Abraham non fuit mendax, dicendo Saram ſororem ſuam. 22æ.q.110.3.3m./.q.41.3.3m./.3.d.38.3.1m./.4m./. Quol. 8.14.6.

Du m. 2 m. 10 Immo hoc quod dixit Abraham, videtur mendacium. Quol. 8.14.2m. Reſpondeo Dubio 3.

11 Abraham accedens ad ancillam ſuam, non peccauit. 22æ.q.154.2.8m./.4.d.33.q.1.ar.3.q.3.o./.Gal.4.lect.7.meo.F.Vxorius, vel Iacob.11.

Du m. 3 m. 12 Oppoſitum videtur dicere.4.d.33.q.1.ar.3.q.3.o. Reſpondeo ſicut Dubio 371. Concubinatus. 3.5.

13 Abraham volens occidere Iſaach non peccauit: quia debuit obedire præcepto Dei. 12æ.q.94.5.2m./.22æ.q.64.6.1m./.q.104.4.2m./.q.154.2.2m./.1.d.47.4.o./.Poa.q.1.6.4m./.He.11 lec.4.6.Obedientia.27.

Du m. 4 m. 14 Oppoſitum videtur dicere: quia præceptum de non occidendo hominem, & alia præcepta decalogi, ſunt omnino indiſpenſabilia etiam à Deo, vt patet. 12æ.q.100.8.o./.3.d.37.4.o. Reſpondeo ſicut Dubio 518.

15 Abraham emendo ſpeluncam in ſepulturam, non peccauit. 22æ.q.100.4.3m./.4.d.25.q.3.ar.2.q.3.2m. Sepultura.3.4.5.

Du m. 5 m. 16 Oppoſitum videtur dicere: quia ſepultura eſt annexa rei ſpirituali: ideo emere eam, vel vendere eſt peccatū ſimoniæ.22æ.q.100.1.o./.4.1m./.2m./.3m./.4.d.25.q.3.ar.1.q.1.o./.art.3.c. Reſpondeo Dubio 5. Et ſicut.5.17.Simonia.3.

17 Abraham emendo ſpeluncam duplicem, non intendebat emere, niſi terram communem. Sed quia apud gentiles, loca ſepulturæ deputata, religioſa reputabantur, ſi Ephron pro iure ſepulturæ, pretium intendit accipere, peccauit vendens: licet Abraham non peccauerit emens. Vel excuſaretur Abraham: quia in hoc redemit ſuam vexationem. Quamuis enim Ephron gratis ei ſepulturam offerret: perpendit tamen Abraham, quod gratis recipere ſine eius offenſa non poſſet. 22æ.q.100.4.3m./ 4.d.25.q.3.ar.2.q.3.2m.Cimiterium. Sepultura.4.

18 Chriſtus ſpecialiter dicitur filius Abrahæ & Dauid, triplici ratione, ſcilicet quia ad hoc ſpecialiter de Chriſto repromiſſio facta eſt, & quia Chriſtus futurus erat rex, propheta, & ſacerdos, & quia in Abraham primo incepit circunciſio, & in Dauid electio. 3a.q.31.2.c./.Matt.1.prino.H./.He.7.lect.2.6. Aſſumere.49.Circunciſio.14.28.

19 Abraham fuit primus inter antiquos patres: quia accepit promiſſionem de Chriſto naſcituro.3a.q.70.2.c./.He.7.lect. 4.prino. Circunciſio.27.28.

20 Promiſſio de Chriſto facta fuit Abrahæ, non quidem propter meritum: ſed ex gratia Dei. 12æ.q.98.4.c.

21 Omnes deſcendentes ab Abraham, decimati ſunt in eo, præter Chriſtum.3a.q.31.8.o./ 3.d.3.q.4.3.o./.4.d.1.q.2.ar.2.q.3.2m./.He.7.lect.2.6.Decimæ.13.

In cōmuni. 22 Abraham dedit decimas Melchiſedech ſummo ſacerdoti.22æ.q.87.1.3m./.3.d.3.L.2.prino.K.

23 Abraham adorauit angelos, inquantum apparentes in corporibus, quaſi imaginibus repræſentabant trinitatem. 1a. q.51.3.5m./.3.d.9.q.1.ar.2.q.5.3m.

24 Abraham iuſte obtulit angelis cibos: quia credidit eos homines eſſe, in quibus tamen Deum venerabatur, ſicut ſolet Deus eſſe in prophetis, vt Auguſtinus dicit.1a.q.51.3.5m./.2.d.8.4.1m.

25 Vis generatiua reſtituta eſt miraculoſe Abrahæ, reſpectu Saræ, & reſpectu cuiuſcunque alterius mulieris. Ro.4.lect.3.meo.K./.He.11 lect.3.meo.K./.6.B.

26 Poſtquam perpendit Abraham, Saram eſſe ſterilem, deſeruit eam, quo ad actum coniugalem. Gal.4.lect.8.6.

27 Abraham abiecit Agar, & filium eius, ex diſpenſatione Dei, propter myſterium.4.d.33.q.1.ar.3.q.3.3m.

28 Abraham improprie pœnituit, quod plura bona non fecit. 4. d. 14.q.1.ar.3.q.3.5m. * Arabes. Circunciſio. 3.14.15.27.28. Euchariſtia.12.19. Experientia.12.13. Iudæi. 2. Luxuria. 15. Lymbus.2 Mendacium.20.Sem. Templum.4.

Cōparatio. ¶ Abrenuntiatio diuitiarum comparatur eleemoſynis, ſicut vniuerſale particulari, & holocauſtum ſacrificio. 12æ.q.102.3.3.8m./.22æ.q.186.3.6m./.5.1m. * Abdicatio. Abijcere. Corona.2.4. Votum.60.

¶ Abrogare. Conſuetudo.4.lex.170.

¶ Abſalon. Dauid. 2.

¶ Abſcipi. Caro.3.Naſus.

Quare. 1 ABSCONDERE ſe poteſt iuſtus propter tria. ſ. vt perſequutor quieſcat, vt præceptum à domino opus perficiat, & glorioſiorem coronam acquirat. Opuſc.58.co.8.

2 Abſcondere debemus triplex bonum à fauore hominum. ſ. eleemoſynam, orationem, & ieiunium. Opuſc.58.co.8.

3 Abſconditur decor corporalis tripliciter, ſcilicet per habitus vilitatem, per ieiuniorum auſteritatem, & per boni operis aſſiduitatem. Opuſc.58.co.8.

4 Abſcondere peccatum, contingit dupliciter, ſcilicet dum fit, & per negligentiam cōfeſſionis. Primum eſt remedium contra peccatum: quia peius eſt peccatum publicum, quàm occultum, propter maiorem contemptum, & propter ſcandalum. Sed ſecundum contrariatur pœnitentiæ. 3a.q.84.6.1m. Occultatio.1. Peccatum.25. Confeſſio.51. 84. * Dulcedo.8. Fornicatio.6.

¶ Abſens. Deus quantum in ſe eſt, nulli eſt abſens. Sed homo à Deo præſente ſe abſentat. 1a.q.3.1.5m./ q.9.1.3m./.q.104.1.6.6./.12æ.q.112.5.c./.1.d.40.q.4.2 4m. Recedere. * Auerſio. o.

1 ¶ ABSOLVERE non poteſt, non ordinatus. 4.d.5.q.2.ar.1.q.1.o./.d.18.q.2.ar.2.q.2.c./.d.19.q.1.ar.2.q.1.o. Agens.

2 Solus ſacerdos poteſt abſoluere in foro pœnitentiali. 4. d.7.q.3.ar.1.q.3.c./.d.17.q.3.ar.3.q.4.c.6./.d.18 q.2.ar.2.q.2.c./.d.20.art.4.q.2.c.

3 Sacerdos non abſoluit, niſi ad aliquid faciendum ligando. 4.d.17.q.3.ar.3.q.4 c.6./ d.18.q.1.ar.3 q.3.o.

4 Sacerdos habens iuriſdictionem, poteſt abſoluere de quolibet peccato non reſeruato. 4 d.19.q 1.ar.3.q.2.c.

5 Abſolutio facta à ſacerdote peccatore, valet ſicut & à iuſto: niſi ſit hæreticus.22æ.q.39 3.o./ 4.d.25.q.1.2.1m./.Opuſc.22.co.3.

6 In mortis articulo quilibet ſacerdos poteſt quēlibet à quolibet peccato, & excommunicatione abſoluere. 4. d. 18. q. 2. ar.5.q.1.c./.d.19.q.1.ar.3 q 1.c.6./.d 20.ar.1.q. 2 o. Confeſſio.74 Excommunicatio.31.vel Baptiſmus.207. 209. Martyrium.18 Religio.43.

7 In quinque caſibus, ſacerdos non poteſt ſuum ſubditum abſoluere, ſcilicet ſi iniungenda ſit ſolennis pœnitentia. 4.d.19.q.1.ar 3.q.2.o.

8 Nullus poteſt ſe vel parem, vel ſuperiorem abſoluere, nec ligare, niſi de veniali. 4.d.17.L.6.K./.d.18.q.2.ar.3.q.1.o./.d.19.q.1.ar.3.q.2.3m./.d.20.ar.1.q.4.1m./.3m.

9 Sacerdos poteſt abſoluere eam cum qua peccauit, ſed nō debet.4.d.19.q 1.ar.3.q.2.1m.

10 Sacerdos ſimplex poteſt abſoluere ab homicidio: non autem ab irregularitate.4.d.19.q.1.ar.3.q.2.2m.

11 Non omnis ſacerdos poteſt quemlibet abſoluere. 4.d.17.q.3.ar.3.q 4.o./.d.18.q.1.ar.1.q.2.2m./.q.2.ar.3.q.1.3m /.d.19.q.1.3.o./.d.24 q.3.arti.2.q 1.c./.d.25.q.1.2.1m./.3.4.ca.72.6./. Quol.12.31.c. Poteſtas. 12.

12 Solus Papa poteſt in ſex caſibus abſoluere. ſ. quando aliquis inijcit manum violentam in clericum, vel religioſum, de illo qui incendit eccleſiam, & eſt denuntiatus, de illo qui frangit eccleſiam & eſt denuntiatus, de illo qui in diuinis ſcienter communicat excōmunicatis nominaliter à Papa, de illo qui falſificat literas Apoſtolicæ Sedis, & de illo qui excommunicatis in crimine communicat. 4.d.18.q.2.ar.5.q.1.c. Excōmunicatio.26.&c. Incendiarius.

13 Sacerdos non poteſt ligare, & abſoluere ſecundum arbitrium ſuum, niſi rectum à Deo.4.d.18.q.1.ar.3.q.4.o.

14 Abſoluit Deus auctoritatiue: homo vero vt miniſter & inſtrumentaliter. Et inter miniſtros dei, Papa dicitur abſoluere aliquem, etiam ſi per alium officium abſolutionis impendat. 1a.q.112.2.2m./.4.d.18 q.1.art. 3. q.1. c./. Veri. q.27.3.4m /. 5m./. Opuſc.22.co.2./.Quol.12.31.c.

15 Conſuetudo dat vel aufert poteſtatem abſoluendi, ſicut quādo in aliquo epiſcopatu enormia crimina ad terrorem epiſcopo reſeruantur. 4.d.20. L.6.

16 Nullus poteſt abſoluere ab excommunicatione maiori lata à iudice, niſi ipſe vel eius ſuperior. 4.d.18.q.2.ar.5.q.1.o.

17 Epiſcopus, vel ſacerdos poteſt abſoluere ab excommunicatione maiori canonis, niſi reſeruetur, & ab excommunicatione minori. 4.d.18.q.2.ar.5.q.1.c.

18 Excommunicatus non poteſt à peccatis abſolui: ſed abſolutio ab excommunicatione debet præcedere abſolutioné à peccato: quia quamdiu aliquis eſt excommunicatus, non poteſt recipere aliquod eccleſiæ ſacramentum.4.d.18.q.2.ar. 5. q.1. 1m./.d.19.q.1.ar.3.q.2.2m Excommunicatio.34. Patiens.

19 Abſolui poteſt aliquis ab vna excommunicatione ſine alia. 4.d.18.q.2.ar.5.q.3.o.

20 Inuitus aliquis poteſt ab excommunicatione abſolui: non autem à peccatis.4.d.18.q.2.ar.5.q.3.o./.q.3.1m.

21 Abſolutio ab excommunicatione non requirit in iudice determinatam verborum formam, quia non eſt abſolutio ſacramentalis. Opuſc.22.co.2.prino.

22 Abſolutio ab excommunicatione, non eſt ſacramentalis: ſed magis iudiciariam iuriſdictionem conſequēs. Et in illa abſolutione, iudicis verba habent efficaciā ab intentione dicētis: Vnde non refert, quibuſcunque verbis vtatur ad exprimendam ſuam intentionem. In ſacramentis autem verba habent efficaciā, ex inſtitutione diuina. Abſolutio igitur à peccatis

Ab

in ſacramento pœnitentiæ, eſt abſolutio ſacramentalis: & habet verba determinata. ſ. Ego te abſoluo. Opuſc. 22. c^{o}. 2.

23 Caſus quinque in quibus oportet, quod ſimplex ſacerdos mittat abſoluendum ad ſuperiorem. ſ. ſolenn. pœnitentia, excõmunicatio reſeruata, irregularitas, incendium, & conſuetudo in aliquo epiſcopatu. 4. d. 20. L. ſi.

24 Nullus poteſt abſolui ab vna culpa, quin abſoluatur ab omnibus. Quol. 2. 16. 4^{m}.

Du^{m}. 6^{m}. 25 Immo non ſemper oportet, vt qui facit, quod maius eſt, faciat & id, quod minus eſt. 4. d. 27. q. 3. 2. 2^{m}. / 3^{m}. Reſpondeo Dubio 6.

ſperatum, natum eſt cauſare triſtitiam. Et ſic ſecundum quod
ſub eadem ratione mali contriſtantia, poteſt comprehendi, &
dilatio boni ſperati, quæ pertinet ad longanimitatem, & la-
bor quem homo ſuſtinet continuata executione boni ope-
ris, quod pertinet ad conſtantiam, tam longanimitas, quàm
etiam conſtantia ſub patientia comprehenduntur. 2.2. q.70.
3.c./.22ª.q.17.5.3^{m}./.q.36.5.o./.1.Cor.6.lec.2.prin°. Expe
ctatio 3.inf. Patiencia 3.6.
2 Longanimitas magis reſpicit ſpem, quam timorem, vel auda-
ciam, uel triſticiã, ſicut etiam magnanimitas.2.2ª.q.136.5. o.
Diuiſio. ¶Longe eſt deus a nobis quadrupliciter, ſ. ratione expecta-
tionis, imperfectionis, temporis, & maieſtatis eius. Iſa.30.ſi.
*Abſens. Angelus 530. Confeſſio 31.82. Ethos. Matrimonium
215. Procul. Prope 1. Vta 13. Vſura 203. Chriſtus 196.
¶ Longæuitas. Honor 81.
Ad nos. ¶ Lõginquum. Deus venit de lõginquo quadrupliciter. ſ. pro-
pter diuturnam expectationem, meritorum noſtrorum im-
perfectionem, temporis dilationem, & maieſtatis altitudinẽ.
Iſa.30.ſi.E.
* Confeſſio. 82. Longanimitas. 1. Longe. Matrimonium.
215. Vſura. 244.
¶ Longitudo. Baptiſmo 2.52. Contrarium. 30.42. Euch. 117.
Fornicatio. 9. Rex. 9. Subtilitas. 1. Terra. 9. Vita. 8. Vitium. 12.
¶ Loquacitas. Auſteritas. 1. Caradrion.
¶ Loquela. Balbutiens. o.
In uoce. 1 A Loqui, eſt ordinare conceptum intellectus ad alterum, vt
ei innoteſcat, per propriam voluntatem. 1ª.q.107.1.c.ſi.
Immo vt ab altero, loquens ipſe accipiat. 1ª. q. 107. 1. 1^{m}./.
9.o. Reſpondeo ſicut 1ª.q.107.2.1^{m}.3.c./.1^{m}.
2 B ¶ Loqvi. In ſcitis per diſciplinam, loquutio excedit intel-
lectum, vt cauſa eius, ſed in inuentione eſt cõuerſo. 1.d.37.
L.1.me°.A. *Agiographæ. 2. Angelus. 52.117 Antropoſpa-
tos. Apoſtoli. 9. &c. Apparere. 9. Appetitus. 25. Auſteritas. Be-
nignitas. Charitas. 144. Clamor. 2. Contentio. 2. Contrariũ.
62. Dæmon. 12.13.14.17.76. Dæmoniaci. Deus. 108. Eſſe.
87.88. Falſitas. 19.20. Fictio. 1.3. Fides. 5 Genus. 3. Gratioſus.
o. Humilitas. 28 Inſtrumentum. 15. Intelligibile. 2. Interro-
gare. Iuramentum. 2. Lex. 109. Lingua. o.
3 In diuerſis linguis, ſunt diuerſi modi loquendi. 1ª. q. 39. 3.
2^{m}. * Litera. o. Luxuria. 18. Magnanimitas. 18 Mendacium.
1. &c. 20. Miraculoſe. Modeſtia. 4.6. Mulier. 7. Nutus. Os. Pau
lus. 4.22. &c. Peccatum. 32.33.34.70. &c. Pœnitentia. 92. Per
ſeuerantia. 4. Prædicare. 1. Prolatio. Probare. Propheta.
6.9.25.26.
3 Modus loquendi triplex. ſ. modus loquendi altum, humile,
& mediocre. Loqui altũ cõuenit perſuadenti. Secundum do-
centi, Tertiũ delectanti. Pſal. 18. me°. b. I. *Pſalmus. 8. Redu-
plicatio. 4. Sanctificatio. 10. Sapientia. 51. Scriptura. 11. &c.
Sermo. o. Significatio. 5. &c. *Soliloquiũ. Subiectum. 1. Sup-
poſitum. 1. Tacere. 1. Teſtis. 5.10 Turtur. Verbum. 9.25. &c.
Veritas. 14. &c. 25. &c. Virtus. 73. Vſura, 209.274.291.
In ſpiritu. 4 Deus loquitur angelis, vel hominibus, oſtendendo aliquid.
Et fortaſſis deus primis hominibus antea loquebatur ſicut
cum angelis loquitur, ipſa incommutabili veritate illuſtrans
mentes eorum, & ſic non tanta participatione diuinæ eſſen-
tiæ, quanta capiunt angeli, ſecundum Auguſtinum. 1ª.q.
94.1.c.ſi./. Veri.q.12.7.11^{m}./.q.18.3.c. * Chriſtus. 29.67.
5 Loquutio dei duplex. ſ. interior, per inſpirationem, & exte-
rior per prædicationem. Veri.q.18.3.c./. Pſ.59. me°.d.I.
6 Loqui uidentur ſimulacra, non tamen vere, ſed dæmones for
mant in aere ſonum, ſimilem loquutioni. Poª.q.6.5.4^{m}.
7 Loqui videntur bruta, per illuſionem Simonis magi, uel ope
rante dæmone, ſicut & aſina Balaam, per angelum. 22ª.q.165
2.4^{m}./.Poª q.6.5.3^{m}.
Peccatum. 1 ¶Loth offerens filias ſuas inceſtui, non elegit culpam, ſed
oſtendit ordinem culparum, quia minus grauis culpa erat ſtu
prum, quàm ſodomia. Ma.q.3.5.14^{m}./. Opuſ.20.li°.4.c°.14.
*Dæmon 100. 101. Ebrietas 9.10.11.
2 Loth culpandus eſt, ſecundum Auguſtinum, non quantum
ille inceſtus, ſed quantum ebrietas meruit. 2.2ª.q.150.4.c.ſi./.
Eph 5.le.7.prin°.I. ebrietas 9.&c.
3 Quamuis loth credatur immunis a peccato mortali fuiſſe, fi-
liæ tamen eius non omnino excuſantur a peccato mortali.
Sed ex pietate intentionis, minus peccauerunt, quia fuit le-
uis æſtimatio, ſupra quam ſe fundauerunt. Etiam ſi eis pro
certo conſtitiſſet, totum genus humanum periiſſe, debuiſſent

diuinum conſilium & patris expetere in tam horribili facto,
quod erat contra primam inſtitutionem matrimonij, ubi pa
ter & mater prohibentur. 4.d.33.L.me°.I. Ceſſauit.
¶Lotio pedum veteris teſtamenti, prætermittitur in nouo te
ſtamento, & retinetur lotio manuum, quia eſt in promptu, &
idem ſignificat, ſcilicet perfectam munditiam. 3ª.q.83.5.1^{m}./.
Ablutio. Baptiſmus 156.231.246.&c. Confirmatio 22. Eucha
riſtia. Sacerdos 21. Chriſma 212.
¶Lubricitas. Peccatum 159. Via 4.
¶Lubrificare. Chriſtus 212.
¶Lucas fuit diſcipulus Pauli, & in conſcriptione euangelii, ſe Euangeli-
quutus eſt eum. 1ª. Cor. 11. le 6. me°. H. Adoratio 19. Ioãnes. ſta.
25.17. Oratio 99. Paulus 29.
¶Lucere 7. Creatura 6. Eſſe 31. Forma 38. Fulgere. Ignis 5.
&c. Vindicatio 8.
¶Lucerna ſignificat quatuor, ſcilicet proſperitatem, animam Figura.
ſeu mentem, Chriſtum, & alios ſanctos. Pſal. 17. ſi. p. B.
*Planetæ 3. Sanctus 7.8.
¶Lucia uerum dixit quod corpus non coinquinat, niſi de con Sancta.
ſenſu mentis. 2.2ª.q.64.5.3^{m}./.4.d.33.q.3.1.o./.L./. Veri. qu.
15.4.2^{m}./.5.c. Dæmon 65.
*Eleemoſyna 20. Martyrium 11. Membrum 5. Meritum 34.
Præmium 8. Virginitas 9.11.28.
1 ¶Lvcidita s alicuius emittentis radios viſibiles nobis, cau Cauſa.
ſatur ex congregatione partium diaphani tantum. 2.d.2.q.2.
2.1^{m}./.3.2^{m}. *Apoſtoli 35. Cælum. 10.43.56. Claritas 3. Den
ſitas. Ignis 2.5.6.17.20. Illuminatio 6. Luminare 1.
2 Corpora maxime formalia ſunt lucida actu, ut ignis. Propin
qua vero iis, ſunt diaphana, ideſt receptiua luminis, ut aer &
aqua. Sed materialia ſunt opaca, vt terra. 2.d.2.qu.2.2.1^{m}./.
Anima 2.lc.14 ſi /. Senſu, lec.6.me°.d. *Matrimonium 106.
Miſſio 42. Pſalmus 3. Scriptura 6.
¶Lucifer peccauit grauius ceteris angelis, inquantum in eo Peccatum.
minor flexibilitas fuit ad peccatum. 1ª.q.63.8.3^{m}./.2.d.6.1.
4^{m}./.2.c. *Angelus 207.299. Error 9.10. Nabuchodonoſor 2.
Venus 1.
¶Luciferiani. Error. 9.10.
¶Lucius. Scipio.
¶Lucrum. Adulatio 1.2. Aleator o. Auaritia o. Beneficium 23
Bonitas 228. Campſoria 1.6.8. Commutatio 1. Decimæ 25.
&c. Electio 33. Eleemoſyna 14.21. Exactio 5. Fortitudo 45.
Hypocriſis 6. Iuſtitia 26. Negotia. Negotiatio o. Prædicare.
13. Prælatio 17. Reſtitutio 15. Turpelucrum. Vſus 14. Vultur. Quid.
1 ¶Lvctvs proprie, eſt planctus pro mortuis. Pſ.34. me°. k. F.
Alleluia. Beatitudo 147. &c. Fletus. Ieiunium 3.33.
2 Luctus duplex. ſ. luctus de peccatis, & luctus quo ſpretis terre
nis ad cœleſtia ſuſpiramus. Primus eſt luctus pœnitentiæ, ſe-
cundus vero eſt luctus prudentiæ. 4.d.14.q.1.ar.1.q.5.2^{m}.
*Pſalmus 7. Ieiunium 3.33.
¶Ludicra ſeu iocoſa, ſunt dicta, uel facta, in quibus non quæ- Quid.
ritur, niſi delectatio animalis. 2.2ª.q.168.2.c./.4 d.6.L.
*Finis 114. Luxuria 18.
¶Ludificatio dæmonum, mutat, homines in beſtias ſecundũ Simulatio.
apparentiam tantum, non autem ſecundum rei veritatem.
1ª.qu.114.4.2^{m} /. Ma.qu.16.9.2^{m}. *Diana illuſio. Loqui 7.
Nabuchodonoſor 6.7. Phyton 7. o. Superſtitio o.
1 ¶Lvdvs. Ludo fieri dicuntur, quæ præter intentionem alicu
ius neceſſitatis fiunt ad ſolam delectationẽ. 4 d.6.L. *Alea.
2 Ludus eſt in remediũ, contra fatigationẽ animalẽ, dans ani-
mæ quietem, i. delectationẽ. 1.2ª.q.2.6.1^{m}./.2.2ª. q.168.2.o./.
4.d.16.q.4.ar.2.q.1.c./.1^{m}./. Con.3.c°.25. 6^{m}. Eſa.3.ſi.c. D.
*Athanaſius 2. Baptiſmus 137. Contemplatio 25.
3 Ambroſius reprobat omnes ludos in ſacra ſcriptura, non au-
tem in aliis. 2.2ª.q.168.2.1^{m}. *Curioſitas 1.
4 Ludere ad recreationem, cum debitis modis, eſt meritoriũ
in habente charitatem. 2.d.40.5.c.ſi. *Delectatio 40.41.
5 In ludis aliquid decet vnum, quod non decet alium. 4 diſ.16.
q.4.ar.2.q.1.c. *Eutropelia. Finis 114. Iocoſum.
6 Ludus triplex, ſ. turpis, deuotus, & recreatiuus. Primus de-
bet vitari à quolibet. Secũdus eſt laudabilis. Tertius debet ſu-
mi, ſed temperatius a pœnitente. 2.2ª. qu.168.4.1^{m}./.4.d.16.q.
4.ar.2.q.3 o. *Ira 39. Ludicra.
7 In ludis cauenda ſunt tria, ſcilicet dicta & facta turpia noci-
ua, reſolutio grauitatis, & indebitæ circunſtantiæ. 2.2ª.q.168.
2.o./.4 d.16.q.4.ar.2.qu.1.c / Iſa.3.ſi.c.D. Sabbatum 14.17.
8 Ludere inordinate, ratione recreationis, opponitur eutrope-
liæ. Sed pertinet ad mollitiam, ratione quietis. 2.2ª. quæſtio.
138.1.3^{m}.
9 Defectus ludi eſt peccatum, ſed minus, quàm exceſſus eius.
2.2ª.q.168.4.o.
10 Exceſſus ludi duplex, ſcilicet ratione turpitudinis vel nocu-
mẽti, & rõne indebitæ circũſtantiæ. Primus eſt peccatũ mor
tale, ſecundus autẽ eſt peccatum veniale, niſi ponatur finis

in hoc.22æ.q.168 3.o.

21 Superfluitas ludi pertinet ad ineptam letitiam, filiam gulæ. 22æ.q 168 3 3m.

22 Peccata ratione ſolius intentionis, excuſantur per ludum Nõ autem peccata ex ſua ſpecie. ſed reddunt ludum obſcenum & flagitioſum.22æ.q.168 3.1m.

¶Lugdunum.Hæreſis 213.

¶Lumbrici non ſunt filii uiri ex quo materialiter naſcuntur, quia non ſunt euiſdem ſpeciei.ſum co.2.d.4.L.prin°.

1 ¶Lumen dupliciter poteſt ineſſe alicui, ſcilicet uel per modũ formę permanentis, uel per modum paſſionis tranſeuntis.22æ. q.171.2.c./.q 175 3.2m./ Veri.q.12.1.2.c./.q 13.2.c./.q.20.2. 2 c./.2æ.Con 1.le.1.ſi.C. *Actus 29 Calor 17.18.

2 Lumen in ſtellis, qualitas permanens, in aere uero, eſt ut paſſio tranſiens. Veri.q.12.1.c. *Cælum 10.

3 Lumen in aere, & lumen in ſole, eſt idem lumen ſpecie, & ratione. Veri.q.9.1.7m./.17m./.Cæ.2.le.14.me°.ſ.H.

Dum.824m. 4 Oppoſitum uidetur dicere.4.d.44.q.2.ar.1.q.3.2m./.q.4.1m./. Po°.q.5.1 6m./.q.6.4.c.ſi.Reſp.ſicut Du°.826°.

5 Lumen ſolis diuerſimode recipitur in diuerſis.2.d.9.3.7m./.d. 13.3.10m./.d.25.q.1.1 4m./.1.4m.

6 Lumen fit continue in aere ſine innouatione 2.d.13.q.3.1. 4m./.Quol.4 9 c Lux 17. Color 1.&c.

Dum.825m. 7 Oppoſitum uidetur dicere.1.d.17.q.1.2.c./.M.2.q.5.2.5m./. 11m.Reſpond.Dubio 825°.

*Dies 1 &c.Ignis 2.3.17.18.Intentionale 2.Iudicium 86. Lucidit as.Luminoſitas.

8 Intenſio luminis non impedit receptione in ſpiritualem ſpeciei coloris, manente diaphani natura. Ideo quanto magis aer illuminatur, tanto per eum aliquid melius uidetur, niſi forte ea debilitate viſus.4.d 44.q.2.ar.1.q 4.5m.

9 Lumen eſt in aere intentionaliter, ſeu per modum intentionis, ſicut colores in aere, & imago in ſpeculo.4.d.44.q.2.ar.1.q 3.2m./.quæſt.4.5m./.Po°.q.5.1.6m./.q.6.4.ſi./.Anima.2.le. 14.ſi.h.B.

Dum.826m. 10 Immo lumen eſt in aere realiter.1a q.67 3.c./.2.d.13.3.c./. Anima.2.lect.14 ſi.h.B Reſpond.Du°.826°.

11 Omnis alteratio, eſt per uirtutem luminis dantis generationem omnibus corporibus, & dantis eſſe ſpirituale colori in medio, uel organo.2.d.13.3.c.ſi./.7m. *Luna o.Sol.o.

12 Lumen eſt medium in omni ſenſu. Sed in viſu immediate in aliis autem ſenſibus, mediantibus aliis qualitatibus.2.d.13.3.c.ſi.

13 Ex duobus luminibus, ſit vnum lumẽ intenſius.2.d.13.3.2m./. Dionyſ.2.le.2. *Viſib le 3. Viſio 8.&c.

Dum.827m. 14 Immo maius lumen, offuſcat minus lumen.3a.q.9.1.2m./.3.d. 14.ar.1.q.1 2m.Reſpond.Dubio 826°.

15 Maius lumen offuſcat minus lumen. ſ. alterius illuminantis, non autem minus lumen illuminat, ſed perficit ipſum. 3a q. 5.4.2m./.q 9.1 1m./.3.d.13.q.1.1.2m./.d.14.ar.1.q.1.2m./.4. d.49 q.1.6.c./.4m.

16 In lapſu hominis omnia peiorata ſunt. Et ſol & luna ſuo lumine deteriorata ſunt realiter. Vel ut dicamus melius, deteriorata ſunt ſuo lumine, quo ad vſum hominis, qui non tantum beneficium ex lumine cœleſti. poſt peccatum conſequutus eſt, quantum ante peccatum.4.diſtinct.48.q.2.3 3m./.4m./ L.ſi.E.

Intellectus. 17 Lumen naturale intellectus, nihil aliud eſt, quam manifeſtatio ueritatis.1a.q.67.1.c./ q.106.1.c./.Cauſis.le.6.me°.H.

18 Lumen intellectus habet duos effectus. ſ. facere intelligibilia in actu, & perficere intellectum poſſibilem.3.d.14.2.1.q.3.c. *Abſtractio 19.Actualitas 1.Actus.142.Adoratio 28.Agiographæ 2.Angelus Lu Apoſtoli 37. Argumentum 2.Ariſmetica 3.Aſſiſtere 12 Cæcitas 1.&c.Cherubim o. Certitudo 6. &c.Cognitio 24.36.&c.

19 In homine eſt triplex lumen, quo non participant bruta. ſ. lumen naturæ gr͠a.1æ & gloriæ.1a q.106.1 2m./ Pſ.31.ſi.e. *Dæmon 1.&c Deus 195. &c.120.125. Docere 3. Fides 46. 115.Gratia 1.&c.14.150 Habitus 68.&c.Animal 49. Hæreſis 1 8.Illuminatio 7.&c.Intellectus 42.&c.138.166.189.318 Inuentio 8.Ira 60 Lex 31.Macula 2.

20 Lumen naturale intellectus confortatur per infuſionem luminis gratuiti.1a.q.12.13.c. *Manifeſtatio 2.Moyſes 2. Nitor 1. Nubes 1.Prophetia 23.34 &c.Purgatio 1 Ratio 1.&c.15.&c. 42.Sanctus 7.Scientia.80.135.

21 Lumen ſupernaturalis intellectus, i.intellectus qui ponitur donum ſpiritus ſancti, eſt quædam acuta perfectio diuinorum. 1a.q 106.1.2m./ 22æ.q.49 2.2m / Pſ.35 ſi.n. *Synderesis 48.Spirituale 11.Tenebræ 4.6.

22 Lumen intelligibile imprimitur diuinitus, ad iudicandum uiſa ab aliis, ad intelligendum ſcripturas, & ad interpretandum, ſicut Apoſtolis ad cognita naturaliter, & ad agenda. 22æ. quæſt.173.2.c.ſi. *Theologia 25.36.Veritas 46. Virtus 256.

Viſio 5.8 &c. Viſus 7.&c.Viſura 86.

23 Lumen gloriæ non poteſt eſſe connaturale, alicui creaturæ. 1a.q.12 5.3m./.Con 3.c°.53 /.54.4m./.Veri.q. 8. 3.c.

24 Lumen dei dicitur dupliciter, ſcilicet ipſe deus, & aliquid de ſituatum ab eo.Quol.1.1.2m.

Chriſtus 117.148.

25 Tres perſonæ diuinæ, improprie ſunt tria lumina, ſed ſimpliciter ſunt unum lumen. Opuſ.1.ca°.3.ſi./.Dionyſ.2.lect.4.

1 ¶Luminare dicitur omne corpus lucens, & radios mittens, vt ſol, luna, & omnes ſtellæ, non autem corpus diaphanum, nec opacum.2.d.15 q.1 1.4m. Quid.

*Dies 1.4.Luna 1.Lux 10.Miraculum 19 56.

2 Productio plantarũ, præmittitur productioni luminarium, ad excludendũ idolatriã.1a.q.70.1.1m./ 4m./.2.d.15.qu.1.1.4m.

3 Luminaria producta ſunt primo die, quo ad ſubſtantiam. Sed quo ad collationem determinatæ uirtutis producta ſunt quarta die.1a.q.70. 1.1m./.q.74.1.4m./.2.d.15.quæſt.1 1.1m./.3m.

Dies 17.23.Lux 10.

4 Luminaria ſunt fixa in ſphæris, ſecundum Ariſtotelem, nec mouentur ſine ſuis ſphæris, Sed oppoſitum tenet Ptolemęus. 1a.q.70.1.3m.

5 Sol dicitur luminare magnum, & luna luminare minus, ſed ſol propter quantitatem, & propter uirtutem, luna vero dicitur magna, propter quantitatem apparentem, & claritatem, & propter propinquitatem ad nos & propter manifeſtos eius eff. ctus.1a.q.70.1.5m./. 2.d.15.q.1.1.3m./.4m.

¶Luminoſitas.Cælum 10.

1 ¶Luna plena, oritur veſpere, & occidit mane. Ideo dicitur præeſſe nocti, quia probabile eſt, quod producta ſit perfecta ſicut plantæ, & animalia.1a.q.70.2.5m. Quando.

*Cœlum 25.26.17.58.91. Cęna.Dæmon 84.

2 Luna non dicitur præeſſe diei, ſicut nocti, licet appareat in die, quia non dominatur diei, propter præſentiam maioris luminaris, ſcilicet ſolis 2.d.15.q.1.1.5m.

3 Luna ſecundum proprium motum, eſt uelocior ſole ſed ſecũdum motum diurnum, eſt econuerſo. 3a.qu.44.2.2m / Cę.2. lec.15.o.Cęlum 94. *Dies 9.Fluxus o.Halo.Iudicium 85.86 Iuppiter Lumen 16. Lux 15.o.

4 Luna facit in menſe, quod ſol facit in anno, quo ad ueritates qualitatum.Opuſ.28 c°.4./.Cę.le.16.o.

5 Luna ſemper illuminatur, ſcd͠m unum hemiſphærium, reliquo hemiſphærio remanente obſcuro.Cæ.le.16.prin°. b.D.

6 Luna dicitur dicotoma quando in augmento, uel decremento, media facies verſa ad nos, illuminatur, & altera pars obſcura eſt.Pſ 10.prin°.a.E.Cæ.2 le.16 prin°.b.prin° Marc 2. Neomenia.Offuſcatio.Paradiſus 4. Paſcha 4.

7 Luna per reuolutionẽ ſit obſcura, per ecclipſum ſanguinea, per nubem nigra. Et ſignificat eccleſiam. Pſal. 10.prin°.a.E.

8 Ecclipſis lunæ contingit ex oppoſitione terræ, inter ſolem & lunam priuatam lumine ſolis, per umbram terræ.Poſter.lec. 42.me°.C./.L°.2.lec.1.ſi.g.

*Paſſio 89.Planetæ 1.Reſurrectio 8.Stellæ 3 Terra 13.

9 Luna, ſecundum gloſſam, obſcuratur quandoque per reuolutionem, & ſic ſit obſcura, quandoque per ecclipſim, & ſic in ſanguinem conuertitur, quandoque per nubes interpoſitionẽ & tunc ſit nigra. Sic eccleſia ſit obſcura, deficientibus doctoribus, & prædicatoribus, ſanguinea, tyrannorum perſecutione, nigra autem hæreticorum ſeductione. Pſ.10.prin°.a.E. Figura.

¶Lupanar.Lex 170.Puritas 3.

¶Lupus tria ſignificat. ſ.diabolum tentantem, hæreticos mactantes & tyrannos ſæuientes 4.d.13.q.1.3.b.2 /. Io.10.lec.3. me°.e.l.Prælatio 17. *Beſtia Vlulare Vlulæ. Figura.

¶Lutum ex ſputo, ſignificat verbum incarnatum. Io.9.le.1.ſi. *Baptiſmus 65.Euchariſtia 159.160.133.Limus.

1 ¶Lux ſeu lumen, non eſt corpus, nec eſt euidentia coloris. 1a. q.67.2.o./.q.76.7.c./.q.91.1.1m./.2.d.2.q.1.3. 4m./.d.13.1.o. /.d.30 q 2.1 c./.4 d.44.q.2.ar.2 q.2.1m./. Trin.15.3m./.4m./. Dionyſ.2.lect.2./.Cæ.2.lec.10.ſi.e.F.princ°./. Ala 2.le.14.o. *Albedo 1.Amor 189.Color 1.3.5.8.Dies 3.&c.Eſſe 31.Forma 92.33.Hæreſis 53. Quid.

2 Lux nõ eſt forma ſubſtantialis ſolis, ſed eſt qualitas actiua cuiuslibet lucentis a ſe.1a q 67.3.o./.2.d.13.3.o./.4.o.Spiritus 8. 12m./ Anima 2.le.14 ſi.h.B *Ignis 5.6.Odium 11.Opus 4.

3 Lux eſt propria qualitas cęli.Quol.9.q.7./.Iob 38. le.2.prin°. E./ Cæ 2 le.10.ſi.e.H /.Anima 2.le.14.ſi.h.C.

4 Lux eſt in tertia ſpecie qualitatis.2.d.13.3.6m./. Ala 2.le.14. ſi.h.C. *Seraphim 2.Tenebræ 1.4.6.Viſibile.

5 Differentia inter lucem, lumen, radium, & ſplẽdorem 2.d.13. 3.c./.Anima 2.le.14.ſi.h.Chriſtus 211.

6 Lux proprie eſt tantũ in corporibus, quantũ ad illud a quo ſumitur nomẽ. Sed quantũ ad id cui imponitur, magis conuenit ſpiritualibus, quàm corporalibus.1a.qu.67.1.o /.q.74.2.c./.2.d. 13.1.prin./.2.d.13.2.o./.Quol.6.ſi /.Io.le.3.prin°.

Lux

7 Lux non habet contrarium, quia eſt qualitas primi alterãtis. 1^{a}.q.67.3.2^{m}./.2.d.13 3.2^{m}./.5^{m}.Cæ.2.le.10.fi.c.H./. Anima 2.lec.14.fi.b.C./.Senſo le.11.
8 Lux dicitur tota hypoſtaſis colorũ, quia omnis color fundatur in luce.3.d.23.q.2.1.2^{m}.
9 Lux dicitur eſſe ſine numero,pondere,& menſura, quia virtus eius ſe extendit ad omnia corporalia,non autem ſimpliciter.1^{a}.q.5.5.5^{m}./.1.d.3.q.2.3.4^{m}./.Verit.q.21.6.11^{m}.
10 Lux primo creata,fuit ſol,ſed adhuc informis, quo ad determinationem virtutis,facta quarta die. Nec lux erat nubes, niſi ſecundum ſimilitudinem.1^{a}.q.67.4.0./.q.68.1. c.fi./.q.70.1.2^{m}./.q.74.1.c./.4^{m}./.5.5^{m}./.2.d.13.4.0.
Effectus. 11 Lux non lucet,ſed per eã alia lucent.Trin.15.4^{m}.
*Angelus 619.Ardor.Color.1.3.5.8.Cælum 10.43.153.184.
12 Lux non videtur per aliquam ſimilitudinem,ſed per eſſentiã ſuam informat oculum.1^{a}.q.56.3.c./.1.d.13.3.c.fi./.d.23.q.2.1.c./.Veri.q.8.3.17^{m}./.q.14.8.4^{m}./.q.8.3.c./.1^{a}.Cor.13.le.4 prin^{o}.
* Corpus 41.54.Luciditas.Lumen o.
Du^{m}.827^{m}. Oppoſitum videtur dicere.Veri.q.8.16^{m}. Reſp.Du^{o}.828.A.
13 Lux facit ꝙ color,qui eſt viſibilis in potẽtia,fiat viſibilis in actu.1^{a}.q.67.3.3^{m}./.q.79.3.2^{m}./.2.d.45.2.1^{m}./.2.d.13.3.0./.d.20.q.2.5.2^{m}./.3.d.14.21.1.q.2.c./.d.24.2.1.q.1.0./.Quol.8.q.c.fi. * Veſpere 3.Viſibile.
14 Oppoſitum videtur dicere.1^{a}.q.12.5.1^{m}./.Co.1.c^{o}.76.2^{m}./.Li^{o}.2.c^{o}.77.3^{m}./.Anima 4.4^{m}./.Anima 2.lec.14.fi./.Lib^{o}.3.
Du^{m}.828^{m}. lec.10.prin^{o}.2.D.Reſp.ſicut Du^{o}.361.
15 Eodem actu,videtur color & lux, vt ratio videndi,non autẽ vt obiectum.12^{a}.q.8.3.2^{m}./.12.4.c./.1.d.17.q.1.5.c./. Con.1.c^{o}.76,1^{m}./.Veri.q.8.14.6^{m}.
16 Oppoſitum videtur dicere a ſimili.1^{a}.q.87.3.2^{m}..Reſp. ſicut
Du^{m}.829. Du^{o}.103./.828.B.
17 Lux multiplicat ſe,non quidem per creationem nouæ lucis, ſed diffundendo ſe ſuper materiam.2.d.30.q.2.1.c./. Po^{a}.q.3.4.6^{m}.Lumen 6.
18 Alium effectum facit lux ſolis,alium lux Iouis, & ſic de aliis planetis.1^{a}.q.67.3.c./.70.1.2^{m}./.2.d.13.4.c./.d.15.q.1.2.5^{m}./.Spiritus 8.12^{m}.
19 Nõ omnis influxus eſt per lucem,niſi metaphorice pro actu, vel tantum in corporibus, inquantum lux eſt forma primi agentis,ſcilicet cæli. Quol.6.fi.
20 Lux inquantum eſt in lucente,eſt cã efficiens illuminationis in aere.Sed inquantũ eſt in aere illuminato, eſt cauſa formalis eius.1.d.17.q.1.1.2^{m}.
* Viſio 8.14.20.Viſus 5.7.Vſura 126.
21 Lux agit ad productionem formæ ſubſtantialis,vt inſtrumẽtum cæli.1^{a}.q.67.3.3^{m}./2.d.13.3.7^{m}./.Ce.2.le.10.0.
22 Cælum non agit in hæc inferiora,niſi per lucem 1.diſ.2 1.1.5^{m}./.d.37.q.1.1.2^{m}./.2.d.13.3.c./.d.17.q.3.1.c.fi./.Cæ.2.le.10.fi.e.l.Cælum 96.inf.
23 Lux cæli non agit in hæc inferiora,niſi mediante motu.2.d.2.q.2.3.2^{m}./.Con.2.c^{o}.88.3^{m}./.Po^{a}.q.5.7.15^{m}./. Iob 38.le.2.me^{o}.C.prin^{o}./.Cæ.le.10.0.
24 Oppoſitum videtur dicere. 1^{a}.q.66.3.2^{m}. /. Quol. 6.19.0./.
Du^{m}.830. Phi.4.le.8.fi.Reſp.ſicut Du^{o}.333.
25 Non in plenilunio,eſt calidior: quia quaelibet lux de ſe, ſemper cauſat calorem,licet cauſet frigus vel humorem, ſecundum propriam rationem lunæ, vel ſtellæ.2.d.15.q.1.2.5^{m}./.Cæ.2.le.10.fi.c.H.
25 In rebus corporalibus nihil eſt luce delectabilius. Io.5.lec.6.me^{o}.f.G.

Quid. 1 ¶ LVXVRIA principaliter eſt circa voluptates venereas:ſecũdario autem dicit exceſſum in aliis.22^{a}.q.153.1.0./.1^{a}.Tim.5.lec 2.me^{o}.G. * Adulterium o.Amentia.Bellator 1.Capitale 8.Coitus o.Confeſſio 43.44.70.73.74.
2 Per prohibitionẽ mœchiæ,prohibetur fornicatio ſimplex, & omnis actus luxuriæ.3.d.37.ar.2.q.1.2^{m}./.Ma.q.14.2.14^{m}./q.15 2.2^{m}./.3^{m}./ Quol 3.12.c. * Impudicitia.Inconſtãtia 2.Inſenſibilitas 3.Libido.Maceratio o.Miles 10.
3 Per hoc ꝙ prohibetur operatio luxuriæ, deſignatur eſſe per ſe mala,in quocunque fit,tã ipſa quam delectatio eius,niſi per accidens prohiberetur.4.d.24.q.3.4.4^{m}.
*Peccatum 38.&c.Pythagoras 2.Vitium 11.12.
4 Omnis actus luxuriæ,eſt peccatum.22^{a}.q.153.3.0./. Ma.q.15.2.0.Vs concubinarios.4.10f.
5 Omnis actus luxuriæ deliberatus,extra limites matrimonii, eſt peccatum mortale. Aliter vero eſt veniale. 22^{a}.q0.35.3.c./.q.36.3.c./.q.153.3.0./.4.d.33.q.1.ar.3.q.2.0./.Con.3.c^{o}.122./.Veri.q.25.5.7^{m}./.Ma.q.15.2.0./.3.c./.1^{a}.Cor.6.le.3.0.
Delectatio 89.
6 Luxuria eſt vitium capitale.22^{a}.q.153.4.0./.Ma.qu.15.4.0./.Capitale.
7 Peccata luxuriæ, inter vitia intemperantiæ, ſunt maxime exprobrabilia.22^{a}.q.151.4.3^{m}.
8 Luxuria eſt grauius peccatum quam gula ſimpliciter,& ratione materiæ. Sed eſt econuerſo,ſecundum quid, & ratione incitamenti.4.d.33.q.1.ar.3.q.2.4^{m}./.Ma.q.15.2.6^{m}.
9 Species luxuriæ ſunt ſex.ſ.fornicatio,adulterium,inceſtus,ſtuprum,raptus,& luxuria cõtra naturam. 22^{a}.q.154.0./.4.d.41.ar.4.q.1.2.0./.Ma.q.15.3 o.Inceſtus 2. Species.
* Cæcitas 2.Delectatio 58.&c.89.&c.Dæmon 52.60.61.62.
10 Stuprũ aliquando ſumitur cõiter, pro omni peccato luxuriæ.22^{a}.q.154.6.2^{m}. * Deſperatio 6.7. Equus o.Inceſtus 2.
11 Sacrilegium reducitur ad ſpecies tres luxuriæ.ſ.vel ad ſtuprũ, vel ad adulteriũ inquantũ violatur virgo deo deſponſata, vel ad inceſtum inquãtum eſt cum cognata ſpirituali.22^{a}.q.154.1.3^{m}./ 10.1^{m}./.4.d.41.ar.4.q.2.7^{m}. *Inconſtantia 2.
12 Peccatum luxuriæ contra naturam,nõn eſt humanum, ſed beſtiale.22^{a}.q.154.4.3^{m}./.q.154.11.0./.3.d.37.L.fi./.4.d.41.ar.4.quæſt.2 4^{m}.
13 Vitium contra naturam, eſt grauiſſimum, inter ſpecies luxuriæ,ſecundo raptus,tertio inceſtus,quarto adulterium,quinto ſtuprum,& minimum fornicatio.12^{a}.q.73.7.c./.22^{a}.q.154.12.0./.q.170.1.8^{m}./. 4.d.41.ar.4.q.3.0.
14 Species luxuriæ cõtra naturam,ſunt quatuor,quarum grauiſſima eſt beſtialitas,ſecundo ſodomia, tertio cũ muliere extra naturam,quarto mollicies.22^{a}.q0.154.11.0./.12.4^{m}./.Ma.q.15.1.7^{m}.
* Inſenſibilitas 3. Intemperantia o.Natura 49.50.
15 Circa tpa Abrahæ,humanum genus venerat ad profundiſſimum peccatorũ.ſ.ad infidelitatẽ,& ad turpiſſimum vitiũ ꝯ naturam. 3^{a}.q.70.2.2^{m}./.4.d.1.q.2.ar.2.q.1.0./.Ro.lec.8.pri^{o}.c.
* Pollutio 2.Religio 96.Sacrilegium 7.Turpiloquium.
16 Filiæ luxuriæ ſunt octo.ſ.cæcitas mentis,inconſideratio,præcipitatio,inconſtantia,amor ſui,odium Dei,affectus præſentis ſæculi,& deſperatio futuri ſæculi.22^{a}.q.53.6.0./.q.153.5.0./.Ma.q.8.1.c./.q.15.3.4.0. Cæcitas 2.Inconſt^{a}.2. Deſpe^{o}.6.7.
17 Gradus luxuriæ quintuplex. ſ.aſpectus, cogitatio,delectatio, conſenſus,& opus.12^{a}.q.72.7.c.fi./.3^{m}./.Iob.31.prin^{o}.
18 Ex luxuria oriuntur quatuor inordinati actus loquutionis.ſ. turpiloquium,ſtultiloquium,ſcurrilia,& ludicra. 22^{a}.q.153.5.4^{m}.
19 Vitium contrarium luxuriæ per defectum, eſt in non reddente debitum coniugi, vel in aliquo abſtinente a luxuria, in reuerentiam dæmonum, ſicut nigromantici, & virgines deæ Veſtæ Ma.q.15.1.6^{m}. *Vitium 41.
Oppo^{m}.vr dicere.4.d.35.4.5^{m}.pri^{o}.Reſp^{o}.ſicut Luxuria 20.
20 A Fœmina plus inclinatur ad luxuriam, quam maſculus, quo ad abundantiam humoris,ſed econuerſo quo ad maiorem calorem.4.d.35.4.5^{m}.
20 B Fœmina plus inclinatur ad luxuriam, quam maſculus, quia minus concupiſcentiis reſiſtit.22^{a}.q.156.1.1^{m}./.2^{m}./.q.165.2.4^{m}.fi./.4.d.35.4.5^{m}.fi.
21 Luxuria & gula,ſunt ſubiectiue in concupiſcibili. Vir.q.1.5.10^{m}.Subiectiue.
22 A Nulla paſſio ita deprimit rationẽ,ſicut gula& luxuria.22^{a}.q.53.6.0./.q.55.8.1^{m}./.q.180.2.3^{m}.fi./. Matt.23.fi.b.D. Effectus.
22 B Immo ita inter cæteras paſſiones,magis impedit uſum,& iudicium rationis.Ira 54.Reſpondeo ſicut.22^{a}.q.53.6.1^{m}.
23 Homo per luxuriam maxime recedit a Deo.Iob 31.le.prin^{o}.A.*Amor 239.270.Caſtitas 2.6.10.11.Delect^{o}.58.&c.90.&c.
24 Homo incurrit quotuplex damnum,ex luxuria.ſ.depreſſionem mentis, exhæredationem,periculum perſonæ,periculũ rerum,& impedimentum bonorum operum. 21^{a}.q.46.3.c./.Iob 31.lec.1.prin^{o}.B.&c. Deſperatio 6.6. Duplicitas 2. Imprudentia 4.
25 Luxuria vix vitari poteſt,niſi vitetur principium eius.ſ.aſpectus mulieris pulchræ & præcipue aſpectus virginis. 22^{a}.q0.167.2.c./.Iob 31 prin^{o}.
* Impudicitia. Impugnare 4. Ira 60.Laſciuia.Mulier 16.&c. Pythagoras 2.Scurrilitas 3.
26 Luxuria vincitur fugiendo,ſed accidia,&c.etiam vitia reſiſtẽdo.12^{a}.q.35.6.3^{m}./.22^{a}.q.35.1.4^{m}./.1^{a}.Cor.6.le.3.n.*.A Impugnare 4.Stultitia 8.9.Stultiloquium.Superbia 35. Virginitas 23.24.litera.Seraphin 4.

M

MACHABAEI peccauerũt venialiter ex auaritia,quia receperunt donaria idolorũ, non tamẽ colendo ea. Vel ſi peccauerunt mortaliter colẽdo ea,poſtea pœnituit eos,ideo obtulit ꝓ eis Iudas.4.d.45.q.2.2.2.q.1.1^{m}. *Conſecratio 10.Encenia.Iudæi Sabbatum 10. Peccatum. Abbas.
¶ Macharius illuminabat infernum precibus ſuis,ut damnati viderent ſe mutuo.4.d.15.q.2.ar.2.q.1.4^{m}.
* Chriſtus 149.190 191.
¶ Macedonicus.Elephas 7.
¶ Macedonius.Hæreſis 109.Simonia 6.Spiritus 19.
¶ Maceratio corporis eſt utilis cõ ꝯ uitia carnis,non autem ꝯ Vtilis.

Ma

uitie ſpiritus. 1 1ª. Tim 4. la. 2. meª. B.C.

3 Macerratio proprij corporis non eſt accepta Deo niſi diſcreta, ut concupiſcentia refrenetur, & natura non nimis grauetur. 22ª. q. 88. 2. 3^{m}. /. q. 147. 1. 2^{m}. /. q. 188. 6. 3^{m}. Caſtitas 11. Continentia 18. Ieiunium 7. Macies. Sanctitas 8.

¶ Machinatio, Diſpenſatio 19. Excogitatio. Matrimonij 118.

¶ Macies. Habitus 60.

¶ Macilentus. Delectatio 27.

Quo, ¶ Mahumetus attraxit populos carnales, per legem voluptuoſam non quidem ſobtilem, ſed plenam fabulis, & ſine ſignis, ſed uiſa morum. Con. 1. cº. 6. fi. /. Lº. 3 cº. 27. fi. /. L2º. 4. cº. 83. /. 15. Cor. 15. le. 1. prinº. B. Eccleſia 12. Paganus. Saracenus.

¶ Macrobius. Iuſtitia 22.

¶ Mactare. Lupus.

In cõi, 1 ¶ Macvla in corpore, & macula in anima, contingit dupliciter, ſcilicet priuatione decoris, per peccatum mortale, & ex ſuperinductione, per peccatum ueniale. 3ª. q. 87. 2. 3^{m}.

Peccati, 2 Macula peccati eſt defectus nitoris animæ. ſ. luminis diuini & rationis, & gratiæ, ex inordinato amore temporalium. 12ª. q. 86. o. /. q. 89. 1. o. /. 23ª. q. 87. 6. c. /. 4. d. 18. q. 1. ar. 2. q. 1. c.

* Accuſatio 23. Anima 88. Conſcientia 20. 21.

3 Macula non dicit aliquid poſitiuum in anima, nec priuationem tantum, ſed in reſpectu ad ſuam cauſam. ſ. ad peccatum. Ideo diuerſorum peccatorum ſunt diuerſæ maculæ. 12ª. qõ. 86. 1. 3^{m}. / 3ª. q. 88. 1. c. /. 2. d. 32. q. 1. 1. 2^{m} /. d. 42. q. 1. 2. 4. /. 3. d. 36. 5. 2^{m} /. 4. d. 18. q. 1. ar. 2. q. 1. 1^{m}. Poª. q. 3. 6. 23^{m}.

* Duratio. Fomes 8. Ingratitudo 16.

4 Macula peccati nihil aliud eſt, quam priuatio gratiæ. 12ª. q. 109. 7. c. /. 2. d. 32. q. 1. 1. c. /. 2. d. 36. 5. 2^{m}. /. 4 d. 14. q. 2. ar. 1. q. 3. 2^{m}. /. d. 18. q. 1. ar. 2. q. 1. c * Manipulus. Maria 61. Ordo 98.

5 Macula peccati quo ad priuationé gratiæ, & quo ad cauſam. ſ. quo ad peccatum, reſpicit intellectum, ſed principaliter reſpicit affectum. Ideo dicitur cæcitas & tenebræ. 4. d. 18. qõ. 1. ar. 2. quæſt 1. 2^{m}.

6 Macula peccati quo ad cauſam, dicitur contagium, non autẽ quo ad priuationem. 4 d. 18 q. 1. ar. 2. q. 1. 3^{m}.

7 Macula peccati eſt medium, inter actum peccati, & reatum, quia eſt effectus primi, & fundamentum ſecundi. Ideo per extrema intelligitur 2. d. 42. L. 1.

* Peccatum 2. &c. 53. 314. &c. 354. 366.

8 Actus peccati non poteſt eſſe, ſine reatu & macula, ſed bene econuerſo, quia primum eſt cauſa ſecũdi & tertii. 2. d. 42. L. 1.

9 Actus peccati facit diſtantiam a Deo, quam ſequitur macula. 12ª. q. 86. 2. 3^{m}. * Pœna 24. 86. 98. Pœnitentia 126.

10 Peccatum quo ad maculam remitti poteſt. 4. d. 18. q. 1. ar. 1. q. 1. Pœnitentia 126. * Sacramentum 129. 130.

11 Ceſſante macula peccati, remanet reatus. 12ª. q. 87. 6. o.

Dubᵐ. 831^{m} 12 Oppoſitũ uidetur dicere. 12ª. q. 87. 6. c. fi. Reſpº. Dubio 831^{m}.

13 Ceſſante macula peccati, remanet reatus non quidem ut reatus pœnæ ſimpliciter, ſed ut pœnæ ſatisfactoriæ. 12ª. q. 87. 6. o. Pœna 98.

14 Remiſſo peccato, quantum ad maculam, ſemper remittitur pœna æterna, non autem pœna temporalis. 12ª. q. 87. 6. c. /. 4. d. 18. q. 1. ar. 2. q. 3. o. /. ar. 3. q. 2. c.

15 Macula peccati manet, tranſeunte actu peccati. 12ª. q. 86. 2. o. /. q. 85. 6. c. /. 1^{m}.

16 Macula peccati non redit, niſi reiteretur cauſa eius. ſ. peccati. 2. d. 32. q. 1. 1. 2^{m}. * Verbum 71. Vnctio 15. Vxor 20.

Quæ 1 ¶ Magdalena ſecundum Hieronymum, Chriſoſtomum, & Origenem, non fuit Maria peccatrix. Sed ſecundum Auguſtinum & Gregorium, fuit Maria peccatrix. Secundum uero Ambroſium fuit Maria peccatrix corporaliter, non autem ſpiritualiter. Matt. 26. prinº. a. F. &c. /. Io. 11. lec. 1. prinº. a. H. /. cº. 12. lec. 1 meº. a. D.

2 Immo ſi fuit Maria peccatrix corporaliter, fuit etiam ſpiritualiter, quia corpus non inquinatur, niſi de conſenſu mentis, ut Lucia dixit. 22ª. q 64. 5. 3^{m}.

* Ver. q. 15. 4. 2^{m}. /. 5. c. Reſpon. dubio 832^{m}.

Dubᵐ. 832^{m}. 3 Priuilegium eius triplex. ſ. propheticum, angelicum, & apoſtolicum. Io. 20. lec 3. ſ. prinº.

4 Magdalena, & Petrus Apoſtolus præferuntur multis virginibus. 4. d. 9 8. c.

* Maria 22. Thomas 2.

Quales. 1 ¶ Magi adorantes Chriſtum, ſecundum Auguſtinum fuerunt malefici. Sed ſecundum alios fuerunt ſapientes, aſtrologi, & potentes. 3ª. quæſt. 36. 3. c. /. 2^{m} /. 5. c. /. Matth. 2. prin º. a. h.

2 Magi moti ſunt ex ſcriptura Seth, ad ſequendum ſtellam. Vel propheta Balaam, de cuius ſecta fuiſſe dicuntur, uel docti ab angelis, uel inſpirati a deo. 3ª. quæſtio. 36. 5. 4^{m}. /. Mat. 2. prinº. a ſi.

3 Magi ſecundum Auguſtinum, uenerunt de remotiſſimis partibus Orientis, per biennium, ſecundum uero alios, uenerunt in diebus tredecim, ſecundum alios autem, venerunt de prope. 3ª. quæſtio. 37. 3. 3^{m}. /. 5. 4^{m}. /. 6. c. /. 3^{m}. /. Matth. 2. prinº. a. k.

4 Magi uenerunt ad Chriſtum, tamquam primitiæ gentium, docti a ſpiritu ſancto, offerentes munera congrua dignitati Chriſti. 3ª. q. 36. 3. 1^{m}. /. 8. o. /. Matt. 2. prinº. a. I. /. meº. c. D. &c.

* Natiuitas 67. Stella 7 8.

5 Magi amiſerunt ſtellam triplici ratione, ſcilicet propter iudæorum confuſionem, propter magorum inſtructionem, propter inſtructionem noſtram dupliciter. Primo quod qui humanum auxilium quærunt, deſeruntur ab auxilio diuino. Secundo inſtruimur quantum ad hoc, quia ſi fideles ſumus, non debemus quærere ſigna, ſed debemus eſſe contenti doctrinis prophetarum, quia ſigna data ſunt infidelibus 3ª. q. 36. 8. 3^{m}. /. Mat. 2. meº. c. K.

6 Herodes poſt duos annos, a receſſu magorum, occidit pueros, quia accuſatus fuit Romam, Vel territus aliquo periculo, uel credens magos confuſos. 3ª. q. 36. 6. 3^{m}. /. Mat. 2. fi. d. G. &c.

7 Magi Pharaonis, fecerunt ranas, apponendo occulte, actiua naturalia. Poª. q. 6. 5. 8^{m}. / Ma. q. 16. 9. 10^{m}. * Ars 8. Mali.

8 Operationes magorum, habent efficaciam ex dæmonibus, non autem ex cęlis tantum, Con. 3. cº. 104 vſq. 108. /. Poª. qu. 6. 10. c. /. Ma. q. 16. 9. 11^{m}.

* Bonitas 117 Dæmon 72. &c. Diſputatio 3. 6. Diuinatio o. Hæreſis 4 Loqui 6 7.

9 Artes magicę non ſunt ſcientiæ, ſed deceptiones dæmonum. Quol 4. 16. 1^{m}.

* Miraculum 41. 42 23. Notorium 2.

10 Artes magicæ non ſunt prohibitæ, niſi inquantum ſunt occaſio peccandi ſcilicet inclinando ad uſum earum. 2. d. 39. q. 1 2. 5^{m}. /. Quol. 4. 16 2^{m}.

11 Appetere ſcientias magicas, eſt peccatum, ratione perſonæ, vel modi, vel finis, ſcilicet vſus earum, non autem ſecundum ſe, nel ut quis reprobet eas. Quol. 4. 16. o.

Princeps 15. Scientia 60. Simonia 28.

12 Si aliquis appetat ſcire ſcientias magicas, ut eis etiam utatur, eſt malum. Si autem appetat eas ſcire, ut eas confutet & reprobet, ſic eſt bonum & licitum. Quolib. 4. 16. c. Natiuitas. 24. A.

1 ¶ Magis & minus tripliciter dicitur, ſcilicet uel ſecundum quantitatem participati tantum, uel quando aliquid eſt tale per eſſentiam, & aliud per participationem, uel unum eſt tale eminentiori modo quàm aliud. Primo modo non impedit vniuocationem, nec unitatem ſpeciei, ſed ſecundo modo & tertio impedit utrumq. 1. d. 35. 4. 3^{m}. /. Poª. q. 7. 7. 3^{m}. Diuiſio.

2 Magis & minus dicitur dupliciter, ſcilicet quo ad naturam participatam, & quo ad modum participandi. Primum conuenit tantum accidentibus, ſecundum vero etiam eſſentialibus. 1. d. 8. L. 1. meº. K.

3 Omne ſuſcipiens magis & minus, ducitur neceſſario de imperfecto ad perfectum, non autem de contrario in contrarium. 1. d. 17. q 2. 2 3^{m}. /. 4. d. 14. ar. 2. q. 3. 1^{m}.

4 Magis & minus, ſemper dicitur vel per acceſſum ad aliquid uel per receſſum ab aliquo. Eth. 10. le. 3. prinº. Vt Forma 125.

5 Subſtantia non dicitur magis & minus, ſit quòd participetur quandoq; cum magis, & minus in eadem ſpecie, licet una ſubſtantia ſit perfectior alia. 1ª. q. 93. 3. 3^{m}. /. 22ª. q. 52. 1. c.

6 Primæ qualitates, intenduntur in ſuis cauſis, ſecundæ vero in primis. 1 d. 17. q. 2. 2. c.

¶ Magiſter ſententiarum non eſt autenticus, Ideo in multis non tenetur. 1ª. quæſt. 94 4. 5^{m}. /. 22ª. q. 23, 2. o. /. 1. d. 17. quæſtio. 1. 1. o. /. 2. diſt. 18 quæſt. 1. 1. 1. /. diſt. 30. quæſtio. 2. 1. c. /. 3. d. 27. q. 2. ar 4. q 4. c. /. Ve. q. 1. 11. 1. /. q. 2. 1. 12. o.

* Adam 83. Angelus 108. Anima 2. 77. Auditor 1. Charitas 2. Cathedra 1. 2. Coſta 6, Diſputatio 3. Docere o. Doctor o. Doctrina o Eucharistia 28. &c. Hæreſis 132. &c. Pater 19. Perſona 9. Religio 81. &c. Reuocare. Scolaris. Socrates 3. Zorobabel.

¶ Magiſterium. Religio 82 &c. Sedere 10.

¶ Magiſtralis. Cathedra 1. 2. Diſputatio 31

¶ Magiſtratus. Adoptio 6. 9. 12. Dominatio 1. Principatus o. Sthephanus 1.

¶ Magnalia. Secreta.

1 ¶ Magnanimitas importat extenſionem animi, uel ad magna abſolute, uel ſecundum proportionem. 22ª. q. 129. 1. c. /. q. 136. 5. c. /. 2. d. 42. q. 2. 1. c. Humilitas 24.

* Præceptum 114. Spes 66. 67. Virtus 325.

2 Magnanimitas eſt uirtus, quia tendit ad maxima, ſecundum rectam rationem. 22ª. q. 129. 3. o. /. q. 130. 2. c. /. 2. d. 42. q. 2. 4. c. / d. 33. q. 3. 2. 1^{m}. /. Ma. q. 6. 2. c.

3 Magnanimitas non eſt uirtus theologalis, ſed moralis, propinquiſſima ſpei, a qua aliquid participat. 3. d. 26. q. 2. 2. 3^{m}. /. 4^{m}.

4 Magnanimitas eſt circa ſpẽ, & deſperationem. 12ª. q. 60. 4. c. fi.

Magnani-

Ma

5 Magnanimitas principaliter eſt circa honores, ſed mediate, immediate vero eſt circa ſpem. 22ſ quæſt. 129. 1. o. /. q. 8. c. /. quæſt. 11 8. c. /. quæſt. 131. a c. / quæſt. 132. 2. c. /. 3. diſtin. 26. quæſt. 2. 2. 4^{m}. /. diſt. 33. q. 3. ar. 3. q. 1. c. /. 2^{m}. /. diſt. 34. q. 1. a. c. Humilitas 24.

6 Propria materia eius eſt honor magnus. Mediocris autem eſt materia cuiuſdam virtutis nominatæ. 21ſ. q. 60. 5. c. /. 22ſ. quæſt. 129. 2. o. /. 4. 1^{m}. /. q. 130. 2. 2^{m}. /. 3. d. 9. q. 1. ar. 1. q. 1. 2. c. Fiducia 10.

7 Magnanimitas eſt circa gloriam, quia moderate vtitur gloria, ſicut & honore 21ſ. q. 132. 2. c.

8 Magnanimitas ad duo reſpicit, ſcilicet ad honorem, ſicut ad materiam, & ad opus magnũ, ſicut ad finem. 21ſ q. 129. 8. c. /. quæſt 13 8 a 1^{m}.

9 Ratione primi opponitur ei ſecundum exceſſum ambitio, & ratione ſecundi præſumptio. 22ſ. q. 131. 2. 1^{m} /. 2^{m}. /.

10 Ea quæ opponuntur aliis virtutibus, opponuntur etiam magnanimitati, ſecundum quod parua pro magnis habẽtur. 22ſ. quæſt. 132. 2. 1^{m}.

Subiectum. 11 Magnanimitas eſt i iraſcibili ſubiectiue. 12ſ. q. 60. 5. c. /. 22ſ. q. 129 1. 1^{m}. /. q. 134 4. 1^{m}. /. 3. d. 26. q. 2 c 4^{m}. /. Virtu. q. 1. 4. c. fi. Anima 319 Subiectiue.

Conditio. 12 Magnanimitas non quærit honorem, tanquã finem, quia hoc reputat paruum, ſed quærit fieri dignum honore. 22ſ. q. 129. 1. 1^{m}. /. 2. 3^{m} /. q. 131. 1. 2^{m}. /. 2. diſt. 42. q. 2. 4. c.
* Fiducia 9 &c. Gratia 94. 175. Securitas 2.

13 Magnanimus bene vtitur magnis, & paruis honoribus, quia non extollitur, nec frangitur oppoſitis, ſed contemnit. 22ſ. q. 129. 2. 3^{m}.

14 Magnanimus contemnit bona exteriora. Ideo non gaudet, ſi acquirat ea, nec triſtatẽ, ſi perdat ea. 22ſ. q. 129. 8. 2^{m}. /. 3^{m}. /. q. 132. 2. 1^{m}. /. 2^{m}. /. 3^{m}. /. 2. diſt 42. q. 2. 4. c.

15 Magnanimus non eſt contentioſus, quia nihil extrinſecum extimat magnum. 22ſ. q. 129. 3. 3^{m} /. q. 132. 2. 3^{m} /. 2. diſt. 42. quæſt. 2. 4. c.

16 Magnanimus non amat pericula, nec timet ea, ſed promptiſſime ſe exponit periculis magnis. 22ſ. q. 129. 5. 2^{m}.

17 Magnanimus nullo indiget ſ. modo humano, non autem ſimpliciter. 22ſ. q. 129. 6. 1^{m}.

18 Magnanimus habet vocem grauem, loqutionem ſtabilem, immemor eſt beneficiorum, tardus eſt & otioſus, vtitur ironia, non poteſt aliis conuenire, & poſſidet infructuoſa. 22ſ. q. 47. 9. 3^{m}. / q. 129. 3. 3^{m}. / 5^{m}.

19 Nullus poteſt eſſe magnanimus, niſi virtuoſus, qui eſt habilis ad magna. 12ſ. q. 66. 4 3^{m}. /. 2. d 42. q. 2. 4. c. /. 3. d. 9. q. 1. art. 1. quæſt. 2. c.

20 Magnanimo attribuuntur actus aliarum virtutum, ſub ratione excellentiæ. ſcilicet quod eſt communicatiuus, benefactiuus, retributiuus plurium, verilo ũs, non planctiuus, non incertus, nec fugiens commorantem. 22ſ. q. 129. 4. 1^{m}. /. 2^{m}. /. 2. diſt 42. q. 2. 4. c. /. diſt. 44. q. 2. 1. c.

21 Magnanimus magis curat de veritate, quam de opinione. Nec quærit laudem humanam. 22ſ. q. 132. 2. 1^{m}. /. 2. diſt. 42. quæſt. 2. 4. c.

22 Magnanimitas eſt generalis virtus, inquantum operatur magna in qualibet virtute, faciens eam maiorem. Sed eſt virtus ſpecialis, inquantum ponit ſpecialem modum, circa ſpecialem materiam 22ſ. q. 129. 4. o. /. 5 2^{m}. / q. 134. 2. 2^{m}. / 2. diſtin. 42. q. 2. 4. c. /. diſt. 44. q. 2 1. c. / 3. diſt. 9. q. 1. arti. 1. q. 2. c. /. diſt. 33. q. 3. art. 3. q. 4. c / 1^{m}. /. 4. diſt. 14. q. 1. ar. 2. q. 3. 1^{m}. /. diſtin. 16. q 4. art. 1. q. 2. 2^{m}. /. Ma. q 8. 2. 3^{m}.
* Ambitio 2.

23 Magnanimitas eſt ornamẽtum omnium virtutum. 12ſ. quæſtio. 66. 4. 3^{m} /. 22ſ q. 129 4. 3^{m} / 2. d. 42. q 2. 4. c. /. diſt. 44. q. 2. 2. c. /. 3. diſt. 9. q. 1. a 1. 2. q. 2. c. / q. 3. 3^{m}. /. diſt. 34. q. 1. 2. c. /. Virtu. q. 5. 2. 1^{m}.

24 Magnanimitas ſuperueniens iuſtitiæ, auget bonitatem eius: ſed ſine iuſtitia, non habet rationem virtutis. 22ſ. quæſtione 58. 12. 2^{m}.

25 Magnanimitas, & magnificentia habent connexionem cum omni virtute, ſecundũ principia virtutum, ſcilicet ſecundum prudentiam, & gratiam, non autem ſecundum actum. 12ſ. q. 64. 1. 1^{m}. /. 22ſ. q. 129 3. 2^{m}. / q 134. 1. 1^{m}.
* Fiducia 0. Fortitudo 32. &c. Gloria 21.

26 Magnanimitas, & magnificentia tenẽt extremum, ſecundum quantitatem rei, medium autem ſecundum regulam rationis. 12ſ. q. 64. 1. 2^{m} /. 5^{m}. /. 22ſ. q. 92. 1. c. /. q. 129 3. 1^{m}. /. quæſt. 130. 2. c. /. q 134. 1. 2^{m}. /. q. 154. 2. 2^{m}. /. 2. diſt. 42. q. 2. 4. c. /. 3. diſt. 9. q. 1. art. 1. q. 3 1^{m}. /. diſt. 33. q. 2. 1^{m}. /. Con. 3. c°. 134 fi. /. Malo, q. 14. 1. 6^{m}. /. q. 15. 1. 9^{m}.
* Humilitas 13. &c. Longanimitas 0.

27 Bona fortunæ conferunt ad magnanimitatem, quo ad materiam eius, ſcilicet quo ad honores, & etiam quo ad finem eius, ſcilicet operari magna. 22ſ. quæſt. 129. 8. o.
* Magnificentia 8. Præſumptio 2. 6. Puſillanimitas 1. 2. 3. Securitas 2. Spes 66. 67. Superbia 5. 23. 25.

Actus. 1 ¶ Magnes trahit ferrum, ex natura ſuæ ſpeciei. 4. diſtin. 33. quæſtio. 1. 1 c. penu. /. Spiritu 2. c. /. Anima 1. c. fin. /. Quolib. 12 14. c.

2 Magnes trahit ferrum, ex virtute cæli. Cont. 3. capit° 92. /. Veritate, quæſt. 5. 10. 5^{m}. /. quæſt. 20. 13. c /. Spiritu 2. c. /. Anima 1. c fin.

3 Magnes non trahit ferrum, vt finis, ſed alterando, quia non ex quacunque diſtantia trahit, vel vnctũ allio, vel niſi fricetur, ſi ſit paruus. Phyſ. 7. lect. 3. me°. g. B.
* Adamas.
¶ Magnificatio. Gratia 70. Tragedia 1.

Quid. 1 MAGNIFICENTIA eſt virtus factiua magnorum. Et eſt virtus generalis, ſi ſumatur facere communiter, ſ. pro omni opera. Si vero proprie, ſcilicet pro operatione exteriori, eſt virtus ſpecialis. 22ſ q. 134. 1. 2. o.
* Andragathia. Ars 24.

2 Materia eius ſunt ſumptus magni, præcipue ad cultum Dei, ſecundo pecunia pro eis, tertio amor pecuniæ. 22ſ. q. 134. 1. 3^{m}. /. 2. 3^{m}. / 3 o.

3 Magnificentia eſt rerum magnarum, & excelſarum, cum animi quadam ampla, & ſplendida proportione cogitatio, & adminiſtratio. 22ſ. q. 128. c /. 3. diſt. 33. q. 3. art. 3. q. 1. c. Liberalitas 15. 19.
* Conſtantia 6. Fortitudo 34. 35. Magnanimitas 25. 26.

Subiectum. 4 Magnificentia eſt in voluntate ſubiectiue. 1ſ. q. 21. 1. 1^{m}. /. 3. diſt. 33. q. 2. art. 4. q. 3. c /. 3^{m}. /. Con. 1. c°. 93. Anima 330.
* Magnificatio.

Du.^{m}. 833^{m}. 5 Immo eſt iraſcibili ſubiectiue. 12ſ. q. 60. 5. c. /. 22ſ. quæſt. 134. 4. c. /. 1^{m}. /. 3. diſtinctio. 26. quæſtio. 2. 1. 4^{m}. Reſpondeo ſicut Dubio 815^{u}.

6 Non oportet ad magnificẽtiam habere multas diuitias. Sed oportet ſic diſponi, quòd quando oportet, & decet, velit eas optime diſpenſare: & ſic fuit in Chriſto. 22ſ. q. 134. 1. 1^{m} /. 3. 4^{m} /. q. 152. 3. 1^{m}. /. 3. diſt. 13. q. 1. art. 2. q 1 3^{m}. /. 4. diſtin. 24. q. 1 art. 3. q. 2. c. / Virt. q. 5. 2. 5^{m}. /. 7^{m}. Liberalitas 15.
* Paruificentia. Præceptum 114. Prædicare 14. Religio 85. Reuelatio 11. Virginitas 18.

7 Magnificus non principaliter facit magnos ſumptus pro perſona ſua, quia non eſt quid magnum, niſi quæ tantum ſemel fiunt, vt nuptiæ, vel permanẽtia, vt domus. 22ſ q. 134. 1. 3^{m}.
* Virtus 225.

8 Magnificentia facit, & intendit aliquod magnum, in factibili tantum, ſed magnanimitas in omni materia. 22ſ. quæſtio. 134. 2. 2^{m}. fi.

9 Magnificentia eſt in maximis donis, & ſumptibus, ſed liberalitas in mediocribus. 12ſ. quæſt. 60. 5. c. /. 22ſ. quæſtio. 117. 3. 1^{m}. /. quæſt. 118. 8. 4^{m}. /. quæſt. 123. 1^{m}. /. quæſtio. 129. c. fi. /. quæſt. 134. 2. 3. o. /. 4. 1^{m}. /. quæſt. 152. 3. c. /. quæſtio. 160. 1. c. /. 3. diſt 34. quæſt 1 2. c. /. 4. diſt. 7. q. 2. art. 2. q 2. c. /. diſt. 27. q. 3 art. 2. q. 3. c. / diſt. 33. q. 3. 2. c.

Diuiſio. 1 ¶ MAGNITUDO duplex, ſcilicet magnitudo molis, & magnitudo virtutis. Virtu. q. 1. 11. c.
* Amor 62. 172. 251. 252.

2 Magnitudo perfectionis poteſt dici magnitudo virtutis. Virtu. quæſt. 1. 11. fi. c.
* Angelus 440. Ariſtoteles 6. Augmentum 12. Auxilium 6. Beſtialitas 2. Bigamia 9. Bonitas 24. 59. 143. 255. Charitas 82. 131. 135. Cælum 22. Cete 2. &c. Cumulus. Clamor 2. Continuum 0. Contritio. Cor. 13. Corpus 48. Deus 78. &c. Difficile 4. &c Dilatari. Dolor 36. Dulcedo 5. Ebrietas 13. Eccleſia 3. Eleemoſyna 29. Euchariſtia 124. &c. 197. Fœlicitas 5. Fiducia 3. 10. Forma 29. &c. Fractio 4. Gloria 22. Homo 26. Humilitas 2. 5. & 24. &c. Idolatria 2. Idoneus 0. Ieiunium 29. Imperator 9. Infinitum 2. 12. &c. 24. 25. Intenſio 0. Iuramentum 33. Iuſtus 2. Latitudo. Latus 1. 8. 10. Lex 179. Limbus 9. Liquefactio. Luminare 5. Magnanimitas 2. 23. Magnificentia 1. 3. 8. &c. Malum 21. Manna 3. Martyrium 3. 5. Menſura 0. Meritum 65. &c. 81. &c. Miſericordia 32. 39. Nomen 84. Paruificentia. Paruum 2. 4. Paſſio 17. Pœna 99. Pœnitentia 135. Periculum 3. Petrus 5. Philoſophus 1. Præſumptio 4. 6. Princeps 1. 8. Prius 2. Proportio 1. &c. Puſillanimitas 2. Raium 2. Religio 44 47. 106. Reſtitutio 23. Rex 5. Sabbathum 4. Sacramentum 148. Secreta. Semen 23. Simonia 42. Situs. Socrates 3. Solertia 3. Spes 67. Superbia 1. &c. 33. 36. Tarditas 1. 2. Timor 69. Tyrannus 2. 3. Trepidatio. Vindicatio 8. Virtus 210.

Quid. 3 Motus habet continuitatem a magnitudine. Continuum. 3.

1 MAIESTAS eſt ſumma poteſtas. Heb. lec. 2. fin.
* Dolus 4. Filiatio 13. 14. Hæreſis 29. Lex. Longe. Holocauſtum 3. Prope.

3 Maieſta-

Ma

2 Maieſtatem diuinam aſtruit propheta tripliciter, ſcilicet ex rerum creatione, ex ſcientiæ perfectione, & ex dominij plenitudine. Iſa. 40. me°. F. &c.

3 Crimen læſæ maieſtatis maximè punitur. 22^{æ}. q. 10. 8. o./ q. 12. 3. c./ q. 108. 4. 2^{m}./ 4. diſt. 13. q. 2. 3. c.
* Timor 71.
¶Maior. Aureola 5. Cohors 2. Virginitas 13. Vſura 94. 135. 162. 200. 204. 178.

Diuiſio. 1 Maivs dicitur dupliciter, ſcilicet intenſiue, & extenſiue. 3. quæſt. 1. 4. c.
*Abſcondere 4. Abſoluere 16. 17. 25. Accuſatio 31. Addere 17. Agens 57. Amor 67. 107. 181. 215. 275. Amplior. Angelus 5. Antichriſtus 4. Apoſtoli 4. Appropriatio 2. Arca 2. Archiepiſcopi. Argumentum 0. Arcturus. Aſſimulatio 12. Augmentum 3. 7. Aureola 5. 10. 25. Baptiſmus 43. 119. 231. Beatus 50. 58. Beneficium 2. Bonitas 219. 235. 237. 238. 249. Capacitas 2. 3. Charitas 74. &c. Cerebrũ. Certitudo 12. 24. Cete 14. Claritas 1. 3. 8. 9. Conceptio 32. 43. Conſtantia 8. Contemptus 3. 5. 7. 9.

2 Non omne maius dicitur magnum. Nec omne minus eſt paruum, ſi ſumantur abſolute, non relatiue. 1. diſt. 19. q. 3. 1. 2^{m}./ Cæ. lec. 3. ſi. ſ.

Diuiſio. 1 Maledicere contingit tripliciter, ſ. enunciatiue, ideſt detrahendo, cauſaliter, vel imperatiue, & optatiue. Et hoc dupliciter. ſ. per ſe, ideſt ſub ratione mali, & ſic eſt peccatum; non autem ſi per accidens, ideſt ſub ratione boni duplices. ſ. iuſti, ſicut iudex per ſententiam, eccleſia per excommunicationem prophetæ, conformando ſe Deo: vel ſub ratione boni vtilis. ſ. vt aliquis melior fiat, vel ne noceat aliis. 22^{æ}. q. 76. 1. o./ q. 83. 8. 1^{m}./ 2^{m}./ 4. diſt. 18. q. 1. art. 1. q. 2. 1^{m}./ Veri. q. 2. 8. 10^{m}./ 15^{m}./ Pſal. 5. ſi. g./ Pſal 9 me°. m./ Pſalm. 27. me°. d./ Pſal. 39. me°. o./ Matth. 11. me°. c. L./ Roman. 11 princ°. E./ cap° 12. lect. 3. princ°. D.
* Anathema.

2 Maledicere ſub ratione mali, eſt peccatũ mortale. Et eſt tanto grauius, quanto plus perſona debet amari, & revereri. Tamen tripliciter eſt veniale. ſ. ratione parui mali, vel ratione affectus. ſ. ex ioco, vel leui motu, vel ratione ſurreptionis. 22^{æ}. quæſt. 76. 3. o.
* Ebrietas 14. Helifæus. Maria 43.

3 Detractio, contumelia, ſuſurratio, & deriſio, ſunt de malo culpæ, & nocent enunciando. Ideo ſunt ſecundum ſe grauiora maledictione, quæ eſt de malo pœnæ optando. 22^{æ}. quæſt. 76. 4. o.
* Peccatum 34. Sterilitas 2.

4 Benedictio, vel maledictio propriè conuenit tantum ei, cui poteſt bene, vel male contingere, ſcilicet naturæ rationali, vel aliis in ordine ad naturam rationalem auxiliando, ſicut Deus maledixit terram, & Dauid montes: vel ſignificando, ſicut Chriſtus maledixit ficum. vel continendo, ſicut Iob maledixit diem, & Dauid montes. vel in ordine ad Deum, & ſic eſt blaſphemia: vel ſecundum ſe, & ſic eſt quid vanum. 22^{æ}. q. 76. 2. o./ 4. 1^{m}.

5 Diabolus quo ad culpam debet maledici, non autem quo ad naturam eius. 22^{æ}. q. 76. 1. 4^{m}.
¶Malefactor. Præda.
¶Malefactum. Ingratitudo 10.

Perpetuum. 1 Maleficium dicitur perpetuum, quando non poteſt tolli ab homine, ſed à Deo, vel a dæmone, etiã ſi fiat ſine alio maleficio. Nec tamen vnum maleficium debet deleri per aliud maleficium, quia maleficium eſt ita perpetuum, q̃ nõ poteſt habere remedium humano opere, quamuis Deus poſſet remedium præſtare, dæmonem cogendo, vel dæmon deſiſtendo. Non enim ſemper oportet, vt id per quod maleficium factum eſt, poſſit per maleficium aliud deſtrui, vt ipſi malefici confitentur. Et tamen ſi poſſet per maleficiũ remedium adhiberi, nihilominus perpetuum reputaretur, quia nullo modo aliquis debet dæmonis auxilium inuocare. Similiter nõ oportet, q̃ ſi propter peccatum aliquod data eſt poteſtas diabolo in aliquem, quòd ceſſante peccato ceſſet poteſtas, quia pœna remanet interdum, culpa tranſeunte. Similiter etiam exorciſmi eccleſiæ non valent ad deprimendum ſemper, quãtum ad omnes moleſtias corporales, iudicio diuino hoc exigente. Semper tamen valent contra illas infeſtationes dæmonũ, contra quas principaliter inſtitutę ſunt. 3^{a}. q. 49. 2. 2^{m}. 4. diſt. 34. 3. 3^{m}./ Pot^{a} q. 6. 10. 3^{m}./ 8^{m}. * Abotſus 1. Aſtutias 9. 10.

2 Poteſtas maleficiorum permittitur dæmonibus in actu generatiuæ potẽtiæ potius, quàm in aliis, quia per eam peccatum originale transfunditur. 4. diſt. 34. 3. 1^{m}.
* Euchariſtia 155. Ius 9.

3 Maleficia vere fiunt à dæmonibus, & non apparenter tantũ: Et qui inducunt eos ad hoc, malefici vocantur. 4. d. 34. 3. c./ Quol. 11. 10. c. * Matrimonium 74. &c. 88. &c.

Ma

4 Virtus maleficiorum magis oſtenditur in ſerpentibus, quàm in aliis animalibus, quia diabolus mulierem per ſerpentem tentauit. 1^{a}. q. 102. 2. 2^{m}. ſi./ 4. diſt. 34. 3. 1^{m}.
¶Maleficus. Maleficium 1. 3. 4. Matrimonium 56. 97. 98.

Differẽtia. 1 Malitia duplex. ſ. contracta ex peccato originali. i. pronitas ad malum, & malitia acta. i. electio interior mali: & ſic eſt peccatũ ex malitia, non autem primo modo. Ma. q. 3. 14. 8^{m}.
* Accidia 8. Accuſatio 12. 18. Actus 37. &c.

2 Malitia ex qua dicitur aliquis peccare, eſt triplex. ſ. habitus cuiuſcunque vitij, electio mali, & peccatũ præcedens. 12^{æ}. q. 78. 1. 3^{m}./ 2. d. 7. q. 1. 2. c. ſi./ Ma. q. 2. 8. 4^{m}./ quæſt. 3. 12. 6^{m}./ 14. 7^{m}./ 8^{m}.
* Actus 45. 46. 47. 151. &c. 180. Adeps 3. Antichriſtus 2.

70 Oportet quod voluntas moueatur ab aliquo exteriori dupliciter, ſcilicet ab obiecto, & quo ad exercitium primi actus eius. 12^{a}.q.9.4.0. / q.17.5.2^{m}./ q.103.1.1^{m}. / Ma.quæſt.6.c./ Quol.1.7.c. Ob.

71 A Voluntas non poteſt cogi. 1^{a}.q.82.1.c. / 12^{a}. q.6.4 5.c./ 2.d.25.q.1.ar.2.c.3^{m}. / Veri.q.22.5.6.c.

71 B Nec mouetur neceſſario ab aliquo obiecto, quo ad exercitiū actus, ſed quo ad determinationem actus, mouetur ab aliquo obiecto, nō autem ab omni obiecto, nec a paſſione, nec a Deo, ſed tantum ab ultimo fine. 1^{a}.q.82.1.2.0./ 12^{a}.q.10.0./ q.80.1.c./ Veri.q.22.6.0./ Ma.q.6.c./ 7^{m}.
*Scurrilitas 3. Spiritus 4.5.18. Virtus 241.

72 Voluntas mouetur a ſe, quia inquantum vult finē, eſt in actu, ſed reſpectu eorum quæ ſunt ad finem, eſt in potentia. 12^{a}.q.9 3.0./ 4.c./ q.17.6 1^{m}./ q.74.1.3^{m}./ 22^{a}.q.82.1.1^{m}./ Ma.q.6.c./ 20^{m}./ Vir.q.2.5.c. *Votum 1.9.

73 Motus voluntatis in contraria, ſunt contrarij. Virt. quæſt.2.3.8^{m}.

74 Motus corporales hominis, non pertinent ad meritum vel demeritum, niſi ſecundum quòd a voluntate quaſi a principio cauſantur. Nec poteſt eſſe in natura, quòd voluntas ad aliquid fortiter moueatur, quin ſequatur aliqua paſſio in parte inferiori. 4 d.9.ar.4.quæſt.1.5^{m}./ Veri.quæſt.26.7.c./ Ma.quæſt.2.2.3^{m}.

75 Motus carnis excitatus in dormiente, non ſubiacet voluntati vigilantis. Nec reputatur quis euigilaſſe, quouſque perfecte viam liberi arbitrij recuperauerit. 4.d.9.ar.4.q.1.5^{m}.

76 Voluntas diſtinguitur contra naturam, ſicut una cauſa contra aliam, licet habeat modum naturæ, inquantum fundatur in natura. 12^{a}.q.10.1.1^{m}./ q.51.1.2^{m} / Veri.q.22.5.c. Natura.
*Angelus 459.&cetera Animal 51. Appetitus 62.&cetera. Bonitas 171.

77 Voluntas hominis, nec a natura, nec ex neceſſitate, mouetur ab appetitu inferiori. 12^{a}.q.10.3.b.
*Coactio 8.

78 Voluntas non eſt determinata ad vnum, ſicut natura. Po^{a}.q.3.13.c. *Cogitatio 6. Dæmon 14.&c. Infidelitas 8.

79 Immo voluntas determinatur ad vnum. Ma.q.3.3.5^{m}. Reſpōdeo Dubio 1203. Du^{m}.1203^{m}

80 Voluntas non eſt determinata ad vnum ſicut natura, quia uolontas ſequitur formam vniuerſalem, natura uero ſequitur formam particularem. 1^{a}.q.41.2 c./ 12^{a}.q.10.1.3^{m}./ q.13.1.c./ q.50.5.3^{m}./ Po^{a}.q.3.13.c./ Ma.q.6.c. / Opuſcu.3.c^{o}.56. Actio 44.
*Intellectus 165.166. Meritum 29.

81 Voluntas autem determinatur ad vnum, per conſilium rationis, non autem neceſſario per aliquod agens extrinſecum. Ma.q.3.3.5^{m}.
*Natura 7.

82 Voluntas eſt in ſuprema parte animæ, & pertinet ad uitam actiuam, & ad uitam contemplatiuam. 3.d.3.q.1.6^{m}./ 4.diſt.49.q.3.ar.5.q.3.1^{m}./ 2^{m}. Subiectum.
*Anima 320. Ars 39 49. Charitas 15.54.67 86.142. Cognitio 52.53.54.55.B.56. Deus 257. Intellectualis 6. Prædeſtinatio 17. Ratio 16. Sacrificium 40. Superbia 28. Chriſtus 149.&c.

83 Volūtas dicta per eſſentiam, eſt in ratione dicta per eſſentiā, ſed voluntas participatiue ſumpta, eſt in ratione per participationem. 3^{a}.q.18.2.c./ 1^{m}./ 3.d.17.ar.1.q.2.3^{m}.
*Finis 84.132. Imperare 8.&c. Intelligentia 2. Iuſtitia 66, 79.82.

Vo

vb.8 1. Beatitudo 94. &c. Intentio 3.
¶ Voluptas Aqua 5. Beatitudo 45.117.135. Coruus 2. Delectatio 77. Dæmon 68. Dolor 8. Epicurus. Felicitas 2. Liberare 3. Libido. Luxuria 1. Mahumetus. Mel o. Princeps 24. Prodigalitas 3. Saracen. Tabeſcere. Verbum 72. Vita 36.

Quando, peccatum. 1 ¶ VOMITVS poteſt ſine culpa procurari, de conſilio medicinæ, in remedium languoris. 22æ. quæſtio. 148. 6. 2m. / quæſtione 150. 2. 3m.

2 Multum comedere vel bibere propter vomitum, ſecundum conſilium medicinæ, non eſt peccatum, licet ebrietas non excuſaretur a peccato. 22æ. q. 150. 2. 3m.
*Euchariſtia 162. 196. 210.

3 Vomitus per ebrietatem vel voracitatem, eſt vitioſus, non autem ſi contingat infirmitatis cauſa. 3a. q. 83. 6. 7m.
¶ Voracitas. Comeſſatio. Ebrietas 6. Vomitus 2. 3.

Quid. 1 ¶ VOTVM dicitur a voluntate, quaſi a primo mouente rationem, ad promittendum. 22æ. q. 88. 1. 2m. / 4. d. 32. 4. c. / d. 38. q. 1. ar. 1. q. 1. c.
*Baptiſmus 90. 93. 102. 133. 155. 179. 188. 213. &c.

2 Vouere eſt actus latriæ, ſeu actus religionis, licet actus aliarum virtutum ſint materia eius. 22æ. q. 88. 5. o. / 6. c. / 2m. / q. 189. 2. c. / Con. 3. cu 138 cum mc°. / Quol. 3. 12. c. / 3m. / Opuſc. 17. c° 12. / Opuſ. 18. cm 11.

3 Votum eſt promiſſio Deo facta. 22æ. q. 88. 1. o. / 2. 4. c. / 5. c. / 1m / 7. 12. c. / q. 189. 3. c.

4 Votum eſt teſtificatio quædam promiſſionis ſpontaneæ, quæ debet fieri Deo, de ijs quæ Dei ſunt. 22æ q. 88. 1. c. ſi. / q. 189. 3. c. / 4. d. 38. q. 1. ar. 1 q. 1. o.
*Confirmatio 38.

5 Ad votum tria de neceſſitate requiruntur, ſcilicet deliberatio, propoſitum, & promiſſio, in qua promiſſione perficitur ratio voti. Sed quandoque ſuperadditur pronunciatio oris, & teſtimonium aliorum, ad quandam cōfirmationem voti. 22æ. q. 88. 1. o. / 4. d. 38. q. 1. ar. 1. q. 1. c.
*Contritio 1. 2. 3. 24. Cornelius o.

6 Votum fit ſoli Deo, licet fit de eo quod aliquando fit ſanctis. 22æ q. 88. 5. 3m. / 4 d. 38. q. 1. ar 1. q. 1. c. / 4m.
*Euchariſtia 272. 277. Fructus 19. Iephte. Obligari 3. Paſſio 31. Propoſitum o.

7 Votum nihil habens neceſſitatis, per prius dicitur votum, quaſi habens complete rationem voti; non autem votum habens aliquid neceſſitatis. 4 d. 38. q. 1. ar. 3. q. 1. c.
*Sacramentum 105. Sanctificatio 37.

8 Sub voto non cadunt peccata, nec indifferentia, nec neceſſaria abſolute, nec propter finem, niſi vt voluntaria. Sed votum debet ſemper fieri de meliori bono. 22æ. q. 88. 2. o. / 10. c. / 4. d. 38. q. 1. ar. 1 q. 2. c. / ar. 2. q. 1. c. / 3m.

In communi. 9 Expedit vouere, quia votum firmat voluntatem in bono. Nec tamen libertatem diminuit. Nec eſt periculoſum de ſe, ſed ex culpa mutantis voluntatem. Sed aſſimilat beatis. 22æ. q. 88. 4. o. / Cont. 3. c° 138. / Quol. 3. 11. 2m.
*Apoſtoli 8. Auricola 226.

10 Homo eſt ſic liber, quod poteſt aliquid vouere & facere, etiam contra præceptum Papæ 22æ. q. 88. 12. 2m. / 4. d. 38. q. 1. ar. 4. q. 1. c.
*Iacob 5. 6. Iacobus 1. Maria 30. Prælatio 5. Sanctificatio 77.

11 Vouere numquam conuenit Chriſto, quia Deus erat. Et habebat voluntatem firmatam, vt comprehenſor. 22æ. quæſtio. 88. 4. 3m.

Diuiſio. 12 Votum duplex, ſcilicet ſingulare, idest de ijs ad quæ non tenemur, & votum commune, idest de ijs ad quæ omnes tenentur. Et tale votum fit in baptiſmo. 4. d. 38. q. 1. artic. 2. quæſt. 1. o.

13 Hæc diuiſio, eſt diuiſio analogi, quia ratio voti prius & complete conuenit voto ſingulari, ſed incomplete voto communi. 4. d. 38. q. 1 ar. 2. q. 1. c. / 1m.

14 Votum ſingulare duplex, ſcilicet votum ſimplex, & votum ſolemne. Primum eſt promiſſio ſola, ſecundum vero eſt promiſſio, & datio. 22æ. quæſt. 189. 2. 1m. / 5 c. / 4. diſtin. 38. q. 1. ar. 2. q. 2. o. / q. 3. c. / 1m. / ar. 3. q. 2. 5. o. / Quol. 3. 18. o. / Quol. 8. 10. o. / Quol. 10. 11. 1m.

15 Hæc diuiſio, eſt diuiſio totius poteſtatiui, quia ratio eius eſt complete in voto ſolenni, ſed eſt incomplete in voto ſimplici. 4. d. 38. q. 1 ar. 2. q. 2. c.

16 Votum ſolennizatur dupliciter tantum, ſcilicet per ſuſceptionem ordinis ſacri, & per profeſſionem certæ regulæ. 22æ q. 88. 7. o. / 9. c. / 4. d. 38. q 1 ar. 2. q. 3. c. / Quol. 3. 18. c. / Quol. 8. 10. 1m.

17 Votum publicum dicitur dupliciter, ſcilicet publicum per ſe, idest habens aliquid annexum, quo venire debet in publicum, & publicum per accidens, idest quod quandoque fit publicum. 4 d. 38. q 1. ar. 2. q. 2. 1m. / q. 3. 4m.

Comparatio. 18 Votum ſimplex eſt fortius vinculum matrimonio, ratione eius cui fit, ſcilicet Deo, & ad quod ligat, ſcilicet ad continentiam, ſed econuerſo eſt quo ad modum, ſcilicet tradendo; quia per matrimonium traditur actualiter vir in poteſtatem vxoris, non autem per votum ſimplex. 4. diſt. 38. quæſtio. 1. ar. 3. quæſt. 2. 1m.

19 Votum ſimplex impedit matrimonium contrahendum, ſed non dirimit contractum. Non tamen poteſt petere debitum ſine diſpenſatione eccleſiæ authoritate apoſtolica. Votum vero ſolenne facit vtrumque 22æ. q. 88. 7. o. / q. 189. 8. 3m. / 4. d. 30. q. 2. ar. 1. q. 2. 1m. / d. 38. q. 1. ar. 3. q. 2. 3. o. / Quol. 3. 18. o. / Quol. 8. 10. o. / Quol. 10. 11. o / Opuſ. 17. c° 12.
*Cibus 7. Hæreſis 156. 157. Iuramentum 16. 17.

20 Matrimonium & alia ſacramenta, non diuiduntur per ſimplex & ſolenne, quia ſine ſolemnitate habent plene ſuum effectum virtute Dei. Non autem votum, quia efficaciam habet ex opere hominis. 4. d. 38. q. 1. ar. 1. q. 2. 4m.

21 Opus ex voto, eſt laudabilius, & magis meritorium, quam opus ſine voto. 22æ. q. 88. 6. o. / q. 189. 2. c. / 3a. q. 28. 4. c. / Con. 3 cu 138. / Quol. 3. q. 5. 2. 3m. / Opuſ. 17. cu 12. /
*Matrimonium 132. Vinculum 1.

22 Opus ex voto diſplicens, cum voluntate implendi illud, eſt magis meritorium, quam opus placens ſine voto, cæteris paribus. 22æ. quæſt. 88. 6. 2m. / Quolib. 3. 11. 3m. / Quol. 8. 11. ſi.
*Virginitas 2. 3.

23 Virtus voti, eſt obligatio eius, quæ eſt maior in voto ſolemni, quam in voto ſimplici, & quo ad Deum, & quo ad homines. 22æ. q. 88. 7. 1m. / 4. d. 38. q. 1. ar. 2. q. 2. c. / 2m. / 4m. / q. 3. c. / ar. 3. q. 3. c. Obligatio.
*Cibus 7.

24 Oppoſitum videtur dicere. Quol. 10. 11. 1m. Reſpondeo Dubio 1204. Dum. 1204m

25 Votum ſimplex obligat. 4. d. 38. q. 1. ar. 3. q. 2. 1m.
*Epiſcopus 22. Fructus 17. Habitus 22.

26 Immo non dirimit matrimonium contractum, & ſic non obligat. 4 d. 30. q. 2. ar. 1. q. 2. 1m. / Quol. 10. 11 1m. Reſpondeo Dubio 1205. Dum. 1205m

27 Votum obligat ſecundum intentionem vouentis, ſcilicet ad reddendum ſtatim, vel ad certum tempus, vel cum conditione. 22æ. q. 88. 3. 3m. / q 189. 3. 2m. / 4. c. / 4. d. 38. q. 1. ar. 3. q. 1, 4m. / 6m. / 7m.
*Hæreſis 156. 157.

28 Quando aliquis timet rationabiliter perpetuum impedimentum implendi votum ſuum, tenetur non differre illud. 4. d. 38. q. 1. ar. 3. q. 1 7m.
*Iacob 5 6. Iuramentum 16. 17. Matrimonium 109. 113. 132.

29 Obſeruare votum, eſt de lege naturali, dut ante obligatione eius. Quæ ceſſat vel ex ſe, vel authoritate ſuperioris, à quo in dubium vertuntur diſpenſantis vel commutantis. 22æ. q. 88. 10. 2m. / 12. 2m. / 4. d. 38. q. 1. ar. 4. q. 1. 2m.
*Mendatium 17. Oblatio 6. Holocauſtum 4. Ordo 102. 107. Peccatum 249. Perfectio 85. Profeſſio 2. 3. 4. 5.

30 Omne votum rite factum, obligat. Ideo tranſgrediens illud, peccat mortaliter. 22æ. q. 88. 3. o. / q. 189. 3. c. / 4. d. 38. q. 1. ar. 3. q. 1 o. / q. 3. 1m. / Quol. 3. 11. 3m. / 18. c. / Quol. 10. 11. c. / 1m. / Opuſ. 17. c° 12.

31 Votum non poteſt eſſe de impoſſibili. Ideo ſi promiſſum fiat impoſſibile, tollitur obligatio ad illud. 4. diſtin. 38. q. 1. ar. 3. q. 1. 1m.
*Puer 4. 5. Reniti. Vſus 6. 7.

32 Perdens virginitatem quam vouerat, tenetur facere quod poteſt, ſcilicet tenetur continere, & pœnitere ſi perdidit ex culpa ſua. Et ſimiliter in alijs. 22æ. q. 79. 3. 2m. / q. 88. 3. 2m. / 4. d. 38. q. 1. ar. 3. q. 1. 1m.

33 Nullus poteſt ſe ex voto firmiter obligare, ad id quod eſt in poteſtate alterius tantum. 22æ. q. 88. 8. o. / 9. c. / 2m. / quæſt. 189. 5. o. / 4. diſtin. 32. 4. o. / diſt. 38. quæſt. 1. ar. 1. q. 3. o. / Opuſcu. 17. cu 12.

34 Non habentes vſum rationis, vt amentes, & pueri ante annos pubertatis, non poſſunt vouere. 22æ. quæſtio. 88. 9. c. / quæſtio. 189. 5. c. / 4. diſtinct. 38. quæſtio. 1. ar. 1. q. 3. c. / ar. 2. quæſt. 1. 4m.

35 Puer ante vſum rationis, non poteſt ſe obligare ad aliquid ex voto. Quo vſu rationis habito, poteſt ſe obligare. Sed omne votum eius etiam votum religionis ante annos pubertatis, idest ante annos quatuordecim in puero, vel ante annos duodecim in puella, poteſt irritari a parentibus, & a tutoribus, non autem poſt annos pubertatis. 22æ. quæſtione 88. 8. 2m. / quæſtione 189. 5. c. / 4. diſtinctione 27. quæſtione 2. 3. c. / diſt. 38. q. 1. ar. 1. q. 3. o. / Opuſcu. 17. c° 12. / c°. 13. 10m.

36 Filius etiam poſt annos pubertatis non poteſt aliquid vouere, quo ad res domeſticas, ſine conſenſu patris. 22æ. q. 88. 8. 2m. / 4. d. 38. q. 1. ar. 1. q. 3. 2m.

Vo

37 Vouens illud quod non eſt in poteſtate ſua, non peccat, quia in eius voto intelligitur debita conditio, ſcilicet ſi ſuis ſuperioribus placuerit, vel ſi non contradicant. Qua conditione extante, tenetur implere votum. 22^{f}.q.88.8.1^{m}./ 4^{m}./ 9.b./ 2^{m}./ 12.2^{m}./ q.189.5.4^{m}.

38 Fractio voti eſt quædam infidelitatis ſpecies. Et ad fidelitatẽ pertinet ſeruare promiſſa. 22^{f}.q.88.3.c.

39 Votum pro operatione iudicatur, tam in bonis quàm in malis. 4.d.17.L.prin^{o}./ Quol.2.16.c.fi.

Du^{m}.1206^{m} 40 Oppoſitum videtur dicere. 4.d.25.q.3.ar.1.q.1.1^{m}. Reſpondeo ſicut Dubio 1202.

Religionis. 41 Omne votum temporale factum in ſæculo, etiam votum crucis in ſubſidium terræ ſanctæ, ſoluitur per ingreſſum religionis, ſine alia diſpenſatione, quia votum religionis includit omnia vota, ratione perpetuitatis & obedientiæ. Nec ſingularitas conuenit ei, & onus religionis ſufficit, & eſt quodammodo magis ampliatio voti, quam voti commutatio. 22^{f}.q6.88.12.1^{m}./ q.185.8.2^{m}./ q.189.3.3^{m}./ 7.c./ 4.d.38.q.1.ar.4.q.4.o./ d.39.4.c./ Quol.3.18.2^{m}.
*Epiſcopus 22.&c.Eremitæ. Hæreſis 157. Obedientia 37. Peccatum 257. Perfectio 85. Profeſſio o.

42 Qui vouit religionem, vel qui vouit ire ad terram ſanctam, non poteſt ponere alium pro ſe. Secus autem in alijs. 4.d.38.q.1.ar.4.q.3.1^{m}.
*Religio 4.&c.35.&c.40.45.62.72.77.

43 Si quis vouendo, prius cogitauit de religione communiter & poſt eligit vnam, tenetur ſimpliciter ad religionem. Ideo ſi non poteſt recipi in religione a ſe electa, tenetur aliam quærere. Si autem econuerſo, intelligitur ſi velint. 22^{f}.quæſtio.88.3.2^{m}./ quæſtione 189.3.2^{m}./ 4.diſtinctio.38. quæſtio.1.artic.3.q.2.6^{m}.

44 Votum interpretatiuum religionis, ſcilicet portantis habitũ religionis vltra annum, ſi poſt tempus probationis remanſerit in monaſterio, obligat ſicut votum religionis expreſſum ore, quo ad tria vota religionis principalia, ſcilicet obedientiæ, paupertatis, & continentiæ, non autem quo ad alia, quorum tranſgreſſio diſſimulatur a prælatis. 4.diſt.38.quæſtio.1.ar.3.q.1.5^{m}.
*Sponſalia 4.

45 Nullum votum religioſi eſt firmum, niſi de conſenſu prælati, quia nullum tempus eſt, in quo prælatus non poſſit eum in alijs occupare. 22^{f}.quæſt.88.8.3^{m}./ 4.d.38.q.1.ar.1.q.3.3^{m}./ ar.4.q 4.3^{m}.

46 Oppoſitum videtur dicere. 22^{f}.q.88.12.2^{m}./ Quol.10.10.3^{m}.
Du^{m}.1207^{m} Reſpondeo Dubio 1107.

Coniugum. 47 In diſpenſatione domus, & in regimine vitæ, vxor eſt ſubiecta viro, & non econuerſo, ideo vir poteſt in talibus vouere ſine conſenſu vxoris, & non econuerſo. 4.diſtin.38.quæſt.1.ar.1.quæſt.3.4^{m}.

48 Vir poteſt vouere peregrinationem, & aſſumere crucem in ſubſidium terræ ſanctæ, ſine conſenſu uxoris, non autẽ econuerſo, quia ſatis probabile eſt, quòd uxor debeat velle continere ad tempus ſubueniendo neceſſitati generalis eccleſiæ. 4.d.32.4.5^{m}./ Quol.4.11.o.

49 In fauorem negocij, pro quo crux datur, inſtitutum eſt, quòd vir poſſit abſque cõſenſu uxoris crucem accipere, ſicut etiam poſſet domino ſuo terreno a quo feudum tenet, abſque vxoris conſenſu militare. 4.d.32.4.1^{m}.

50 Nec tamen in hoc omnino ſubtrahitur vxori ius ſuum, quia vxor poteſt eum ſequi. 4.d.32.4.1^{m}.

51 Nec eſt ſimile de uxore ad uirum, quia cum uir debeat regere uxorem &, non econuerſo, magis debet uxor ſequi uirum, quàm econuerſo. 4.d.32.4.1^{m}.

52 Si uxor nolit, uel non poſſit ſequi maritum, propter aliquod legitimum impedimentum, & timeatur de incontinentia eius, non eſt conſulendum viro, quòd accipiat crucem, & dimittat uxorem. Quol.4.11.o.

53 Vxor cum maiori periculo caſtitatis diſcurreret per terras, quàm uir, & cum minori eccleſiæ utilitate, & ideo uxor non poteſt huiuſmodi uota facere, ſine viri conſenſu. 4.diſtinctione 32.4.1^{m}.

54 Votum ſimplex continentiæ, dirimit ſponſalia. 4.d.38.q.1.ar.3.q.2.1^{m}.

55 Poſt uotum uirginitatis, non poteſt aliquis matrimonio conſentire, ſine peccato, ſiue uotum ſimplex, ſiue ſolenne ſit. 4.d.30.q.2.ar.2.q.2.1^{m}.

56 Qui contrahit matrimonium poſt uotum ſimplex, conſummando peccat mortaliter. Quo conſumato, tenetur reddere debitum uxori, ſed non poteſt debitum petere. Et ſi coniux moriatur, tenetur continere. 4. diſtinctione 38. quæſtione 1. artic.3.quæſtione 2.3^{m}./ 4^{m}./ Quolibe.3.18.o./ Quolib.10.11.o.
*Debitum 27.28,29.

57 Habens uotum ſimplex continentiæ, non peccat reddendo debitum uxori, & etiam petendo debitum, ſi eccleſia diſpenſet cum eo, auctoritate apoſtolica. Quol.3.q.7.1.1^{m}.

58 Alteruter coniugum, ante copulam carnalem, poteſt altero inuito uouere religionem, & poteſt eam ingredi, non autem poſt copulam carnalem. 4.d.27.q.1.ar.3.q.1.2.o./ d.39.4.5^{m}./ 1^{a}.Cor.7.lec.5.me^{o}.K.

59 Et poſt uotum profeſſionis, poteſt alter contrahere matrimonium cum alio, non autem prius. 4.diſtinctio.27.quæſt.1, ar 3.q.3.o.

60 Quando uterque coniugum ante copulam carnalem, pariter vouet continentiam, manet vinculum coniugij, quia neuter abrenunttat, non autem quando alter coniugum tantum uouet eam. 4.d.27.q.1.ar.3.q.3.1^{m}.

61 Votum profitentis in religione, reclamante eius vxore, non eſt uotum uerum. Non reclamante autem eius uxore, ſed remanente in ſæculo, eſt uotum uerum, ſed ſuſpenditur uotum ad tempus, uiuente vxore. 4.d.27.L.

62 Profeſſus in præiudicium coniugis, compellitur redire ad eam. Nec tenetur interim deferre tonſuram, nec habitum religionis, tum propter uituperium uxoris, tum propter ſcandalum uitandum. Qua uxore mortua, tenetur redire ad religionem. 4.d.27.L.

63 Si eccleſia decepta eſt per falſos teſtes, in ſententia diuortij, etiam poſt uotum profeſſionis, vir reſtitueretur coniugi. Et tenetur debitum reddere, ſed non licet debitum exigere. 4.d.35.5.3^{m}./ d.41.L.fi.

64 Vota occulta coniugum de caſtitate, non ſunt approbanda propter periculum, quia in iudicio eccleſiæ, non poſſunt probari. 4.d.32.L.
*Fornicatio 14.16.

65 Vnus coniugum non poteſt uouere continentiam, ſine conſenſu alterius, ſed peccaret, nec ſeruare deberet. 4.d.32.4.o./ d.38.q.1.ar.1.q.3.3^{m}.
*Maria 39.

66 Si vir expreſſe conſenſit in uotum vxoris de caſtitate, non poteſt reuocare uotum. Si uero diſſimulauit, poteſt reuocare. 4.d.32.L.

67 Alter coniugum diſſentiens uoto continentiæ alterius, non peccat, nec præiudicet ſibi. 4.d.32.4.2^{m}.

68 In votis poteſt diſpenſari, inquantum in aliquo caſu, illud qđ cadit ſub uoto, eſt ſimpliciter malum, uel inutile, uel impeditiuum maioris boni, non autem inquantum illud eſt de iure naturali vel diuino. 22^{f}.q.88.10.o./ 4.d.38.q.1.artic.4.q.1.c./ 2^{m}./ q.2.o. Iuramentum 16.17.22. Religio 45. Diſpenſatio.

69 Ea quæ cadunt ſub uoto, obligant etiam ex lege naturali, & ex lege diuina, ideo non poſſunt diſpenſari. 4.d.38.q.1.arti.4.quæſt.1.1^{m}.

70 Diſpenſatio non eſt, cum abſolute determinatur non eſſe ſeruandum. Commutatio autem uoti eſt, cum pro eo aliquid aliud imponitur. 22^{f}.quæſtione 88.10.c./ 4.diſt.38. quæſt.1, ar.4.quæſt.3.c.

71 Votum poteſt ex cauſa rationabili commutari in aliud melius, uel in aliud minus periculoſum, ſicut & diſpenſari. 22^{f}.q.88.10.c.fi./ 1^{m}./ 4.d.38.q.1.ar.4.q.3.o.

72 In utroque autem requiritur auctoritas eccleſiæ, in perſona Dei. 22^{f}.q.88.2.3^{m}./ 12.o./ 4.d.38 q.1.ar.1.q.1.4^{m}. / quæſt.1.c./ 2^{m}./ q.4.o.

73 Votum vergens in periculum perſonæ, debet frangi ſecure, ſi diſpenſatio non poſſit haberi. 22^{f}. quæſt.88. 2. 3^{m}. / 12.2^{m}./ 4.diſtinct,38.quæſt.1.ar.1.quæſt.2.4^{m}./ ar.3.quæſt.1.3^{m}./ ar.4.quæſt.1.o.1./ 2^{m}.
*Vtile 7.

74 Vota de rebus vanis & inutilibus, non debent diſpenſari, nec ſeruari, ſed debent derideri, ſicut uota de non pectinare caput in tali uel tali die, quia talia uota mulierum, ſunt magis ſortilegia quàm uota, & ſunt reliquiæ quædam idolatriæ, ſecundum quam ſeruabantur dies & menſes. Et peccant talia uouentes, quia cum infidelibus etiam nec nomina debemus habere communia, ſecũdum Hieronymum. 22^{f}.q.88.2,3^{m}./ 4.d.38.q.1.ar.1.q.2.2^{m}.

75 Papa habet plenariam poteſtatem diſpenſandi in omnibus votis diſpenſabilibus, alij uero participatiue, ſecundum quòd Papa concedit eis. 22^{f}.q.88.12.3^{m}. Papa;
*Diſpenſatio 20.

76 Solus Papa põt diſpenſare in uotis perpetuis, ut in uoto cõtinentiæ & religionis, & in uoto crucis in ſubſidiũ terræ ſanctæ, & in voto peregrinationis ad tranſfretandũ ad terrã ſanctam. Alij uero prælati poſſunt diſpẽſare in alijs uotis, niſi Papa diſpenſationem ſibi reſeruet, ſicut in uoto terræ ſanctæ & ſimilibus. 22^{f}.quæſt.88.12.3^{m}./ quæſt.184. 6.c.fi./ q.185.4.c.fi./ quæſt.189.7.c.
*Eleemoſyna 13.

Si

Vo

77 Si prælatus diſpenſat ſine apparenti cauſa in votis, diſpenſatio prælati non excuſat voventem in manifeſtis a culpa, ſicut ſi prælatus diſpenſaret cum aliquo, ſuper voto de ingreſſu religionis, nulla apparenti cauſa obſtante. 2a2æ. quæſtio.88. 12.2m.

78 Si cauſa diſpenſandi in voto, ſit apparens, vel dubia, poteſt ſtari iudicio prælati diſpenſantis vel commutantis votum. Nó autem iudicio proprio, quia ipſe vovens non gerit vicem Dei, niſi forte in caſu, in quo id quod vovit, eſſet manifeſte illicitum, vel non poſſet opportune ad ſuperiorem recurrere. 2a2æ.q.88.12.2m.

79 In voto continentiæ, non eſt diſpenſandum propter periculum mortis corporalis, quia bonum continentiæ etiam ſine voto eſt multo melius, quam ſalus corporis. Et per alia remedia provideri poteſt. 2a2æ.quæſt.88.11. 3m./ 4.d.38.q.1.ar. 4.quæſt.1.4m.

80 In voto continentiæ & religionis, per profeſſionem ſolennizato, etiam Papa non poteſt diſpenſare, licet quidam iuriſtæ ignoranter contrarium dicant, quia periculũ humanis obuiandum eſt per humana, & non per divina. 2a2æ.quæſt.88.11.o./ q.186.8.3m.

81 Immo in voto continentiæ & religionis quantumcumque ſolennizato, vt alij dicunt probabilius, poteſt diſpenſari per Papam, ſi communis vtilitas totius eccleſiæ, vel vnius regni, vel provinciæ, hoc requirat. 4.d.38.q.1.ar.4.q.1.3m. Reſpondeo Dubio.1208.

Du^m 1208. * Eremitæ.

82 In voto ſolenni continentiæ, ratione ſolennitatis cui annexa eſt eſſentialiter continentia, ideſt profeſſioni, non poteſt diſpenſari etiam per Papam, ſicut etiam non poteſt facere Papa, quod ille qui profeſſus eſt religionem, non ſit religioſus, non autem ratione continentiæ & perpetuitatis. Poteſt tamen diſpenſari per Papam, ſi ſit annexa accidentaliter, ſicut non eſt eſſentialiter annexum debitum continentiæ ordini ſacro, ſed ex ſtatuto eccleſiæ. Vnde videtur quòd per eccleſiam poſſit diſpenſari in voto continentiæ ſolennizato per ſuſceptionem ſacri ordinis, non autem in voto continentiæ per profeſſionem ſolennizato. 2a2æ.quæſtio.88.11.o./ quæſt. 186.8.3m.

1 ¶ Vox ſuper Chriſtum in baptiſmo, transfiguratione, & oratione, fuit effectiue a tota trinitate, ſed repræſentatiue appropriatur patri. 3a. quæſtio. 39.8.2m./ Ioann. 12. lectio 5. medio c.

* Angelus 61.440. Baptiſmus 27.52.53 Bonitas 140. Cantus 1.2. Damnatio 18. Fides 36. Iubilus 1. Iudicium 82. Litera 0. Logica 13. Magnanimitas 18.

2 Anima poteſt formare voces corporales, quia unitur corpori, non autem angelus, ſed angeli formant aliquid ſimile locutioni, inquantum formant ſonos in aere ſimiles vocibus humanis. 1a.q.51.3.4m./ 2.d.2.q.2.2.5m./ d.3.q 1.6.c.fin./ d.8. 4.c.fin.

* Materia 50.51.

3 Ad formationem vocis, non eſt neceſſaria exſpiratio, nec inſpiratio, quia dum ſiunt, non poteſt vox formari. 2.d.2.q.2. 2.5m./ Anima 2.lec.18 fi.

* Mendacium 13. Nomen 31.83. Oratio 12.13.

4 Ad vocem non ſufficit aer interior, ſed requiritur aer exterior, cuius conſtrictione & motu, ſonus deferatur. 2.d.2.q 2. 2.5m./ Anima 2.lec.18.fi.

* Organum 5. Prophetia 57. Senſus 37. Status 13. Timor 36.

5 Animalia non reſpirantia, & inſtrumenta muſicalia, non habent vocem, niſi ſecundum ſimilitudinem. Anima 2.lec.18. prinᵒ.

6 Nomen non convenit voci, niſi ſecundum quod facit notitiam de re, quia dicitur nomen, quaſi notamen. 4.diſt.3.ar.2. q 1.9m.

7 Ipſæ voces a Phyloſophicis auctoribus magis referuntur ad deſignandum res aliquas determinate, ſibas vel illas; in aliquo genere rerum. Opuſ.73.cᵘ.1.

* Tremor 1. Tuba 3.

8 Aliquando ipſam vocem, quæ ex vocis ſuæ proprietate aliquid generaliter & vniverſaliter ſignificat, ad aliquam rem ſpecialem ipſe phyſicus deſignandam determinat. Et hoc eſt aliquando per ſimilitudinem aliquam, & aliquando per contrarium. Opuſ 73.cᵒ.1.

* Verbum 17.&c.33.&c.64.&c. Verit.19.25. Vocale.

9 Voces non ſignificant ſpecies intelligibiles, ſed ſignificant ea quæ ſibi format intellectus ad iudicandum de rebus exterioribus 1a.quæſtio.85.2.3m./ Opuſcul.9. quæſtio.14./ Opuſcu.53.

10 Cum frequenter a phyſico vel logico non inſtituantur voces ſignificantes ſecundum numerum rerum, contingit q; phyſicus & logicus, una voce, res plures deſignat, & ſic fit æquivocatio vocum. Opuſ.73.cᵒ.1./ Ethi.lect.7.fin.

Vo Vp Vr Vſ

11 Vnitas vel diverſitas vocis ſignificativæ complexæ vel incõplexæ, non dependet ex unitate vel diverſitate rei ſignificatæ, ſed ex unitate vel diverſitate vocis & intellectus. Quol. 4.17.c.

12 Secundum quòd Deus laudatur mente & voce, eſt morale. Pſal. 23.prinᵘ a fi.

ᵘ Oratio 12.&c.

¶ Vpupa nidificat in ſtercore fetenti, paſcitur fimo. Gemitũ pro cantu ſimulat. Et ſignificat triſtitiam ſæculi. 1a2æ.qu.102. 6.1m.fin. Animal.

¶ Vrbanus. Poſſeſſio 7.

¶ Vrbs. Antonomaſia 0. Ciuis 0. Princeps 4. Rex 9. Roma.

¶ Vrceolus. Acolitus 1.2.3. Character 42. Subdiaconus 1.

¶ Vrere. Actio 22.

¶ Vrgere. Coactio 0, Cogere. Compelli. Euchariſtia 222. 223.224.

¶ Vrias ſacerdos dicitur teſtis fidelis, vel propter auctoritatẽ ſacerdotij, & non propter bonitatem vitæ, vel quia fide dignus habebatur a rege. Iſa. 8.prinᵒ.2.B. Quid.

¶ Vrina. Medicus 12. Reſurrectio 23. Sanitas 6. Timor 38.

¶ Vrſa. Arcturus.

¶ Vrſus, & Leo, ſunt animalia fæva. 1ᵒ.quæſt.72. 2m. Beſtia. Rugitus.

1 ¶ Vsia poteſt dici omne quod eſt in genere, ſiue univerſale, ſiue particulare. 1.d.23.1.1m. Quid.

* Aſſumere 26.

2 Hæc propoſitio, Filius Dei in ſua vſia, ideſt eſſentia, naturã noſtram a nobis aſſumpſit, eſt loquutio impropria. Sed ſic eſt exponenda, Aſſumpſit naturam noſtram in ſua uſia, ideſt ut eſſet vnita ſuæ uſiæ in una perſona. Opuſc.1.cᵒ.19.

ᵘ Ipoſthaſis 5.

¶ Vſioſis. Ipoſthaſis 5.

¶ Vſtio. Panis 1.

¶ Vſualis. Sepultura 14.

1 ¶ Vsvra. Circa materiam vſuræ, veritatem declarare, & dubia elucidare, quantum Deus donaverit, & noſter labor, conamine pauperis inveſtigationis noſtræ, attingere poterit, hoc opere propoſitum noſtrum eſt. Opuſcul. 73. prolo. principio. Quid.

2 De vſura veritatem ſcire volentes, neceſſe habent prius intelligere, quid nomine vſuræ ſignificetur apud auctores. Opuſ. 73.cᵒ.1.prinᵒ.

3 In primis inquirendum eſt, quid nomine vſuræ ſignificetur, & quot modis accipiatur apud doctores. Opuſ.73.prolo.

4 Vſuræ nomen ſecundum grammaticos, ab uſu dicitur. Et ſignificat primo ſuo intellectu, rem quæ per uſum alicuius acquiritur, ſicut raſura ab actu radendi, & tonſura ab actu tondendi eſt dicta. Opuſ.73.cᵒ.1.prinᵒ.

5 Nomen vſuræ accipitur a naturalibus vel moralibus philoſophis, & ab auctoribus divinis, ad deſignandum rem determinatam, ex uſu rerum provenientem, ſecundum quandam ſingularem vſus rei rationem. M2.q.13.4.c./ Opuſc. 71.cᵒ. 1./ cᵒ.2.prinᵘ.

6 Vocant doctores vſuram, omnem ſuperabundantiam cuiuslibet rei, quam parit vſus ſimilis ei a quo primo dicitur vſura. M2.q.13.4.c./ Opuſ.73.cᵒ.1.

7 Quia talia ſuperabundantia, aliquando oritur ex uſu contra legem, aliquando vero ex uſu legaliter, ideo & nomen vſuræ in ſcripturis ſacris, multipliciter accipitur, ſcilicet aliquando in malo, ſicut quando ſit ex vſu contra legem, aliquando vero in bono, ſicut quando ſit ex uſu legaliter. Opuſcul. 73.cᵒ.1.

8 Vſura in evangelio metaphorice accipitur, ſcilicet pro ſuperexcellentia bonorum ſpiritualium, quam exigit Deus, volens ut in bonis acceptis ab eo ſemper proficiamus. Quod eſt ad utilitatem noſtram, & non eius. 2a2æ.quæſtio.78.1.1m./ M2.q.13 4.16m.

9 In bono invenitur nomen vſuræ acceptũ tripliciter, ſcilicet quando eſt ſecundum legem divinæ charitatis, quando eſt ſecundum legem fraternæ charitatis, & quando eſt ſecundũ legem iuſtitiæ & æquitatis. Opuſ.73.cᵒ.1.fi.

10 Primo modo, vſuræ nomine deſignatur ſuperabundãtia præmiorum in futura vita, reſpectu meritorum vitæ præſentis. Secundo modo ſuperabundantia meritorum præſentis vitæ, reſpectu gratiæ datæ. Tertio modo ſuperabundantia pœnarum iuxte debitarum, reſpectu culpæ præſentis. Opuſcul. 73.cᵒ.1.fi.

11 His tribus modis, dicitur vſura ſpiritualis, magis quam corporalis. Opuſc.73.cᵒ.1.fi.

12 Alio modo dicitur vſura ſuperabundantia rerum corporalium

Vſ

lium & temporalium, ſecundum quam nomen vſuræ ſignificat vitium quoddam de genere auaritiæ, quod gignit cupiditas, quæ radix eſt omnium malorum. Et ſecundum iſtum modum accipiendi nomen vſuræ, condemnatur vſura a doctoribus communiter. Opuſc. 73 c° 1. fi.

13 Cum ſuperabundantia ſit extremum, reſpectu alicuius æqui & recti, dictum in moribus, oportet quod æquum & iuſtum in moribus ſunt determinata in rebus, ex quibus ſuperabundantia innaſcitur quæ vocatur vſura. Opuſcu. 73. capit° 2. prin°.

14 Nomen vſuræ, ſecundum quòd ipſa vtuntur doctores ſacræ doctrinæ in condemnationem, ſignificat ſuperabundantiam ſiue incrementum ex vſu alicuius rei prouenient. Ma. q. 13. 4. c. / Opuſ. 73. c° 2. prin°.

15 Vſura eſt quicquid præter ſortem accidit, ſiue iuſto titulo, ſiue ſit in mutuis, ſiue in contractibus alijs. Ma. q. 13. 4. c. / Opuſcu. 73. c° 8 prin°.
*Alienum 4. &c.

16 Vſura eſt precium pecuniæ mutuatæ, vel cuiuſcunque rei, cuius vſus eſt conſumptio, vel diſtractio eius. 22ª. q. 78. 1. c. / Ma. q. 13. 4. c. / Quol. 3. 19. c. / Opuſc. 73. c°. 1. o.
*Auaritia 13.

17 Accipere precium pro principali vſu pecuniæ, qui eſt diſtractio eius, eſt vſura. Non autem pro ſecundario vſu eius, ſcilicet ad oſtentationem, vel in pignus. Sed in vſu vaſorum eſt econuerſo. 22ª q. 78. 1. 6m. / Ma. q. 13. 4. 15m.
*Iudæi 15. 28, 30. 46. Præceptum 139.

18 Vſura ſecundum ſe eſt iniuſta, contra legem naturæ, & peccatum mortale, quia idem bis venditur, vel venditur id quod non eſt. 22ª. q. 78. 1. o. / 3. d. 37. 6. o. / Ma. q. 13. 4 o. / Quol. 3. 19. o. / Opuſ. 73. c° 4.

Materia. 19 Cum iure naturali, omnis res quæ in vſum hominis venit, ex natura vſus minuatur magis quam incrementum pariat, & maxime in materia æris hoc appareat, ideo & vſura ſecundum rationem propriam dicta, eſt res quæ ex vi æris acquiritur. Opuſ. 73. c° 1.
*Auaritia 13.

20 Dicunt phyloſophi, vſuram dictam, quaſi vſu æris acquiſitã. Dicitur enim vſura ab vſu, eo ſcilicet quod pro vſu pecuniæ, precium quoddam accipitur, quaſi ipſe vſus pecuniæ mutuatæ vendatur. Ma. q. 13. 4. 1 prin°. / Opuſ. 73. c° 1.

21 Theologi conſiderantes iuſti & iniuſti rationes, ſubtilius exponentes nomina, hęc deſignantia, large extendunt huius nominis ſignificationem, ad incrementa quæ proueniunt ex vſu omnium rerum, per ſimilem vſum & rationem, & non tantũ pecuniæ. 22ª. q. 78 1. 2. o. / Ma. q. 13. 4 c. / Quol. 3. 19. c. / Opuſ. 73. c° 1.

22 Significat primo nomen vſuræ incrementum quod parit pecunia ex vſu ſuo, ſecundario autem etiam ſignificat ſuperabũdantiam, quam parit quælibet res ex vſu ſuo ſimili cum vſu pecuniæ. 22ª. q. 78. 1. c. / Ma. q. 13. 4. c. / Quol. 3. 19. c. / Opuſ. 73. c° 1. o.

23 Materiam vſuræ propriam ſecundum auctores, inuenimus determinatam tribus conditionibus, ſcilicet numero, pondere, & menſura. Opuſ. 73. c° 2. prin°.

24 Omne quod in vſum hominis venit, determinabile, numero, pondere, & menſura, eſt proprie & per ſe materia vſuræ. Opuſ. 73. c° 2. prin°.

25 Non tantum pecuniæ, ſiue numiſmata, dicunt materiam vſuræ, ſed etiam omnes res quæ numero, pondere, & menſura determinari poſſint, & in vſum hominis, veniunt. Opuſc. 73. c° 2. prin°.

26 Si ipſæ res ex quarum vſu dicitur innaſci ſuperabundantia damnabilis, determinatæ non eſſent, in ratione iuſti & æqui, nec ipſa ſuperabundantia determinari poſſet, in ratione iniuſti & inæqui. Opuſ. 73. c° 2.

Species vſuræ. 27 Sunt autem ſpecies vſuræ corporalis ſecundum leges, communiter duæ, ſcilicet vna quæ dicitur communiter vſura ſortis, quæ eſt quando incrementum ex ſorte mutuata tantum quæritur, alia quæ dicitur vſura vſurarum quæ proprie dicitur reprobum fœnus, quæ etiam homines reddit infames. Et hæc dicitur vſura vſurarum, quia etiam ipſæ vſuræ quæ ſorti accidunt, alias vſuras pariunt ſecundum proportionem ad primum ſortem. Opuſ. 73. c° 2.

28 Sunt etiam duo modi vſurarum alij à prædictis a iure condemnati, ſcilicet vſura quę dicebatur centeſima, quæ per annum æquabatur ſorti tantum, alia vero dicebatur emiola, ab emi, quod eſt medium, & olon, quod eſt per totum annum, quia per annum pariebat medietatem ſortis tantum. Opuſ. 73. c° 2. fi.

...e contracti- ...n in com- ...ui. 29 Cum videamus ſuperabundantias particulares ex multis rebus, quæ nec nomen, nec vitium tenent vſuræ, vt ea quæ multiplicantur ex ſeminibus, & etiam quæ aliqui lucrantur humanis laboribus licitis, & iuſtis contractibus, declarandi ſunt actus, per quos & in quibus ſuperabundantia rerum, nomen & vitium vſuræ ſibi acquirat. Opuſculo 73. capitulo 3. princip°.

30 Quod autem principaliter, ex actu & per actum commutatiuæ iuſtitiæ, qui dicitur mutuo rem dare vel accipere, ſuperabundantia nomen & vitium habeat vſuræ, probatur per doctores ſacræ ſcripturæ. Opuſ. 73. c° 3. prin°.

31 Cum de vſura ſit ſermo, ſecundum quòd dicit incrementum ex vſu alicuius rei elicitum, attendendum eſt, quòd vniuſcuiuſque rei poſſeſſæ ab homine, duplex poteſt eſſe vſus, ſecundum Philoſophum 1. ſ. vnus & proprius eſt ipſius rei vſus, quo ipſa res refertur ad neceſſitatem humanæ vitæ, vt calciamenti calciatio, alius eſt vſus non proprius rei, licet per ſe inſit, ſed quo per ipſam rem, commutatiuæ acquiritur alia, vt calciamenti commutatio per venditionem, vel per permutationem, vt cum pecunia vel alia res per ipſam acquiritur. Opuſc. 73. c°. 3.

32 Cum vſus primo modo dictus, per finem ſibi conuenientem determinetur, eo quòd omnia quæ poſſideri poſſunt propter hominis vtilitatem & vitam, facta ſunt & creata, conſequitur quod omnis excreſcentia rerum, ex vſu huiuſmodi rerum genita, boni rationem habet, & non mali de ſe. Propter quod ex tali vſu, vſura quę eſt excreſcentia habens rationem mali per ſe, non innaſcitur. Opuſcul. 73. cap°. 3.

33 Eſt ergo conſequens, quòd ex vſu rei, ſecundo modo dictæ, qui eſt ex commutatione rei ad alterum, aliquando eſt vſura. Opuſc. 73. c°. 3.

34 Hic autem modus, adhuc dupliciter contingit, ſcilicet quia aut ad finem conuenientem, aut præter finem conuenientem. Opuſc. 73. c°. 3.

35 Si primo modo, hoc contingit dupliciter, ſcilicet vel per modum liberalitatis ſolum, vt in datione gratuita, eo quod liberaliter transfertur ad alterum poſſeſſio rei & vſus eius, vel per modum æquitatis & iuſtitiæ, vt quando aliqua res & vſus eius, commutatur & transfertur per adæquationem iuſtam alterius rei, vel vſus eius, ſiue ſit pro numiſmate, ſiue pro alia re, ſiue pro labore corporali. Et iſti duo modi, de ſe nullam pariunt excreſcentiam, & omnis ſuperabundantia, ex vſu rerum per modos prædictos innata in relatione ad finem conuenientem, caret ratione vſuræ. Opuſcul. 73. cap°. 3.

36 Si autem ſit præter finem conuenientem, vel præter modum debitum, eſt vſura. Opuſ. 73. c°. 3.

37 Oportet quod ratio vſuræ inueniatur primo & per ſe in actu aliquo prædictorum, inquantum caret modo debito, vel fine conueniente, vel vtroque. Opuſcu. 73. c°. 3.

38 Specialis igitur ratio vſuræ, ſecundum quòd condemnatur vt vitium, non erit ſemper ex relatione ad finem, quia poteſt quis vſuras quærere, ſicut & furari, vt habeat neceſſaria vitæ humanæ, ſed non propter hoc excuſatur a vitio vſuræ vel furti, ſed ex modo indebito circa aliquem vſum rerum accidit aliquando ratio vſuræ. Opuſ. 73. c°. 3.

39 Illa ſuperabundantia quæ ex collatione gratuita accidit, non habet vitium, nec corrumpit liberalitatem, alias non fuiſſet collatio gratuita. Opuſ. 73. c°. 3.

40 Illa etiam ſuperabundantia, quæ ex iuſta permutatione, ſeu venditione accidit, non habet vitium inæqualitatis, alias non fuiſſet permutatio vel venditio iuſta. Opuſcu. 73. ca°. 3.

41 Illa vero ſola ſuperabundantia, quæ ex mutuo ratione mutui procedit, liberalitatem ſimul & iuſtitiam corrumpit: liberalitatem quidem, quia mutuum gratuitum fieri debet, de natura mutui, quia mutuum datur, quando meum vel tuum mihi vel tibi datur, iuſtitiam vero corrumpit, quia dati redditio deſignatur, & vbi plus redditur, inęqualitas patitur. Opuſ 73 c°. 3. fi. / c°. 7.

42 In ſolo actu mutui, circa commutationem rerum, primo & per ſe ineſt ratio vſurę, ſecundum quod a doctoribus proprie accipitur vt ſuperabundantia ex vſu rerum condemnabilis. Opuſ. 73. c°. 3. fi. / c°. 7.

43 Inuenitur vero ſimilitudo vitii huius, & in aliis contractibus, per quandam aſſimilationem ſuperabundantiarum ad hoc vitium. Opuſ. 73. c°. 3. fi.

44 In omni enim actu hominis, malum accidit, aut natura, aut lege. Natura, quando præter naturam actus factus, ad finem conuenientem naturæ non refertur. Lege vero, quando contrarium fit legi ſcriptæ, vel infuſæ. ¶Ex vtroque prædictorum modorum inuenitur malum in vſura. Opuſcu. 73. c°. 4. princ°.

VS

45 Si proprius vſus rerum ad finem conuenientem determinetur per naturam ipſarum, etiam commutatio ipſarum, quæ inuenta eſt propter vſum proprium ipſarum, ad eundem finem referri debet de natura ipſius. Sed ſi fiat præter finem conuenientem, & non referatur ad finem propter quem eſt, erit de natura ſua habens rationem mali, vel vſuræ. Opuſ. 73. cap° 4. princ°.

46 Vbicunque fit permutatio rerum propter augmentationem ipſarum, vel multiplicationem eam fit præter finem conuenientem, vt in vſura. Opuſ. 73. c° 4. princ°.

47 In vſura in infinitum augmentatio rerum intenditur, quia quanto magis acquiritur, tanto magis intenditur, & magis rationem infiniti habet, ſecundum Philoſophum. Opuſc. 73. cap° 4. princ°.

48 Cum vſura dicat ſuperabundantiam, & incrementum ex vſu rei productum, neceſſario dicit id, quod eſt præter finem commutationis naturalis, quæ tantum eſt propter neceſſitatem vitæ humanæ, quæ de ſe finita eſt in ſuis indigentiis. Opuſ. 73. cap° 4.

49 Hanc rationem ponit Philoſophus, non tantum in vſura proprie dicta quam vocat tokon, id eſt partum numiſmatis, ſed etiam in omni commutatiua, in qua tantum lucrum, & multiplicatio rerum intenditur propter ſe, & non propter neceſſitatem vitæ. Opuſ 73. c° 4.

50 Tranſlatiuam dicit Philoſophus, alteram commutatiuam, per quam res transfertur de vno ad alium, non propter proprium vſum rerum, & neceſſarium vitæ, ſed ſolum gratia lucri, vt ſemper multiplicentur diuitiæ, vt in vſura. Opuſc. 73. cap° 4.

51 Quia tranſlationis huius gratia, factum eſt numiſma, ideo huiuſmodi vitium magis apparet in tranſlatione numiſmatum pro multiplicatione ipſorum. Et inde ſequitur, quod non eſt ſecundum naturam tranſlatio huiuſmodi, quæ eſt ad congregandum pecuniam, per tranſlationem pecuniæ, vt in vſura. Opuſcul. 73. capit° 4./ cap° 14.

52 Talis commutatio dicitur oboletica, id eſt vbi datur obolus, id eſt paruum pondus, & determinatum pro alio eiuſdem generis ad augmentum. Opuſc. 73. c° 4.

53 Et hæc commutatio odio habetur, quia ab ipſa fit poſſeſſio numiſmatis, & vſus eius, ad aliud ad quod non eſt factum per naturam, quia factum eſt tranſlationis gratia, id eſt vt per ipſum fieret tranſlatio aliarum rerum, ſecundum quod ad vitam neceſſariæ ſunt, & non ſecundum quod ad congregationem, & ad affectum ſunt auaritiæ. Opuſcul. 73. cap° 4.

54 Philoſophus deſcendit ad huiuſmodi lucra, ſecundum quod ſpecialiter fiunt per vſuram proprie dictam, quam vocant tokon græce, id eſt partum latine, eo quod numiſma ſeipſum parit in vſura, id eſt quia per tranſlationem ſuipſius multiplicatur, & augmentatur. Opuſc 73. cap° 4.

55 Maxime præter naturam, & rationem, iſta pecuniarum acquiſitio eſt, ſcilicet quæ eſt per tokos, id eſt in mutuo pecuniæ pro augmento pecuniæ, ſecundum Philoſophum. Et dicit maxime, reſpectu illius acquiſitionis, quæ fit in contractibus aliis cauſa cupiditatis tantum, quæ mala eſt, & contra naturam. Sed adhuc prior eſt, quæ fit per exercitium turpitudinum corporalium. Sed iſta eſt maxime contra naturam, quia obligat reum ad reſtitutionem acceptorum, quod nō faciunt alij duo primi modi. Opuſ 73. c° 4.

56 In vſura etiam malum incidit ſpecialiter propter naturam actus proprij ex quo incidit, qui eſt dare mutuo, qui eſt actus liberalitatis, & gratiæ. Opuſ. 73. c° 4.

57 In vſura acquiritur, & poſſidetur, quod iuſte poſſideri non valet, & ſic peccatū generat in acquirente, vel poſſidente. Opuſ. 73. cap° 4.

Immo accipere vſuram in præmium a Deo promittitur. 22ª. q. 78. 1. 1m. Reſp° Dub° 1209. A.

D° 1209. A.

58 Quod autem ab extraneis Iudæi vſuram acciperent, non fuit eis conceſſum quaſi licitum, ſed permiſſum ad maius malum vitandum. 22ª. quæſtio. 78. 1. 2m./ 4. diſt. 33. quæſtio. 2. artic. 2. quæſt. 2. c.

59 In vſura eſt res facta ſua de non ſua, ſine iuſto titulo, & per fraudem rei non ſuæ. Opuſ. 73. c° 4.

60 Quando res per ius naturæ deuoluitur à patribus, vel parentibus in filios, vel hæredes per mortem, hic modus non eſt in tranſlatione vſuræ. Opuſc. 73. c° 4.

61 Quando per ius gratiæ, & liberalitatis dominus rei dat gratis alteri quod ſuum eſt, hoc non valet excuſare ab vſura, eo quod vſurarium vocamus eum, qui non mutuat gratis, ſed pro ſpe alicuius incrementi, quod tunc accipit, vel ſperat accipere. Opuſc. 73. c° 4./ c° 7.

VS

62 Licet accipiens mutuo, libenter det mutuanti aliquod incrementum, vel dare velit, tamen ex parte accipientis, vel ſperantis huiuſmodi incrementum, tollitur ratio gratiæ & liberalitatis, quantum ad ipſum a quo eſt actus huiuſmodi. Et ideo non fit ſuum, iure liberalitatis quod accipit, quantum eſt ex parte ipſius accipientis. Opuſcul. 73. capitulo 4./ 7./ 15m.

63 Mutuans poteſt exigere recompenſationem eorum tantum, quæ pecunia non menſurantur, puta beneuolentiam, & amorem eius cui mutuauit, vel aliquid huiuſmodi. 22ª. quæſtio. 78. 2. c.

64 Et poteſt deducere in pactum recompenſationem damni per quod ſubtrahitur ſibi aliquid quod debet habere. Hoc enim non eſt vendere vſum pecuniæ, ſed damnum vitare. Et poteſt eſſe, quod accipiens mutuum, maius damnum euitet, quam dans incurrat. Vnde accipiens mutuum, cum ſua vtilitate damnum alterius recōpenſat. 22ª. q. 78. 2. 1m. 3. c./ Opuſ. 73. c° 7./ c° 14.

65 Recompenſationem vero damni quod conſideratur in hoc quod de pecunia non lucratur, non poteſt in pactum deducere, quia non debet vendere id quod nondum habet, & poteſt impediri multipliciter in habendo. 22ª. quæſtione 78. 2. 1m.

66 Nec quicquid de pecunia vſuraria aliquis lucratus fuerit, quia id quod de tali re eſt acquiſitum, non eſt fructus huiuſmodi rei, ſed humanæ induſtriæ, niſi forte per detentionem talis rei, alter ſit damnificatus amittendo aliquid de bonis ſuis; Tunc enim lucrans tenetur ad recompenſationem nocumenti. 22ª. q. 78. 3. c.

67 Et tenetur mutuans computare in ſortem, vſum venalem pignoris. 22ª. q. 78. 1. 6m.

68 Sed non poteſt deducere in pactum, vt ſibi remuneretur, ſed poteſt recipere mutuum ſine obligatione. 22ª. quæſtione 78. 2. 4m.

69 Et poteſt ſperare munus gratuitum, non ex pacto tacito vel expreſſo, quia dat de ſuo, non autem ſimoniacus. Ma. q. 13. 4. 13m./ Opuſ. 21. q. 4.

70 Et poteſt accipere munera gratis oblata, non autem cum pacto tacito vel expreſſo. 22ª. quæſtione 78. 2. c./ Ma. quæſtione 13. 4. 10m./ Opuſculo 21. quæſtione 3./ quæſtione 4./ Opuſ. 73. c° 3./ 7.

71 Quicumque ergo ex mutuo ratione mutui, ſperat lucrum peccat vſuræ vitio, ſecundum auctoritatem Euangelij, ſed non ſic qui ex mutuo vitat damnum, vt ſi forte per detentionem talis rei mutuatæ alter ſit damnificatus, amittendo aliquid de bonis ſuis. Tunc enim tenetur ad recompenſationem nocumenti, ſicut & tenens pecuniam vltra terminum, tenetur reſtituere, non quidem totum lucrum poſſibile, ſed ſecundum æſtimationem, penſatis periculis, laboribus, & expenſis. 22ª. quæſtione 62. 4. 1m./ 2m./ quæſtione 78. 1. 3m./ 2. 1m./ 3. c./ 4. diſtinctione 15. quæſtione 1. articu. 5. quæſtione 2. 4m./ Ma. quæſtione 13. 4. 3m./ Opuſc. 73. c° 7./ c° 14.

72 Item primum non poteſt fieri ſine iniuria Dei, qui hoc prohibuit fieri, nec ſine iniuria proximi, cui gratis debuit fieri illud, ex quo lucrum ſperatur, quod eſt contra gratiam, & ſic non poteſt fieri ſine vſuræ vitio Opuſ. 73 c° 14.

73 Sed ſecundum, ſcilicet vitare damnum, poteſt iuſte fieri, ſine vſuræ vitio, eo quod per hoc non fit Deo iniuria, eo quod non prohibetur aliqua lege, nec etiam fit iniuria proximo, quia nihil minus accipit pro tempore mutuationis, quam reddere tenetur, eo quod tempore quo ei mutuatur, tantum valebat, quantum reddere tenetur. Nec etiam vitiaretur, ſi tempus a mutuante determinetur, in quo veriſimile eſt, pecuniam vel rē mutuatam minus valituram, quam valeret tempore mutuationis, quia ex ſola dilatione temporis, non accidit vitiatio, ſed magis vel ex voluntate legiſpoſitoris, vel ex natura rei vel pecuniæ. Nec in hoc damnificatus, qui mutuum accipit, quia non ad hoc accipit, vt ipſam vſque ad tempus illud ſeruet in quo veriſimiliter minus valitura eſſet, ſed vt ipſa pecunia vteretur pro tempore illo, pro quo valorem ſuum reſeruaret quem habebat cum eam in mutuo acceperat. Opuſ. 73. c° 14.

74 De eo vero qui dat mutuo bladum, vel vinum, vel oleum, ad certas menſuras, & hoc in tempore quo minus valent, vt ſibi reddatur in æqualibus menſuris, & ponderibus, & ſpeciebus, in alio tempore, quo veriſimile eſt, res prædictas plus valituras, quia videtur primo ex eo quod ſupra diximus quod licitum ſit, ſic mutuum dare, quia nihil plus accipitur quam datur, eo quod huiuſmodi res, numero, pondere, & menſura realiter redduntur. Item quia in hoc, dans mutuo videtur tantum vitare damnum, & non ſperare lucrum, quia ſi res huiuſmodi venderentur in tēpore quo minus valēt, ex

hoc

hoc damnificaretur dominus ipſarum: vnde etiam & licite poteſt eas uendere pro tempore illo, in quo plus ſunt ualituræ veriſimiliter, nec eſt uſura, ſecundum decretalem. Quare uidetur ſimiliter, quòd licite poſſit eas res mutuo dare, reddendas ſibi in tempore, quo ueriſimiliter plus ſunt valituræ. Et in hoc caſu, conſcientia aut excuſat, aut accuſat. Opuſ.73. cap.14.

75 In hoc caſu, cōſcientia aut excuſat, aut accuſat: quia uero mutuum debet fieri gratis, & ſine ſpe lucri, quandocumque in mutuo, vel ex mutuo, intenditur ſpes lucri, tunc non caret vitio vſuræ. Sed ſic non eſt in emptione & ueuditione, niſi habeat rationem mutui. Si enim aliquis carius velit vēdere res ſuas, quàm ſit iuſtum pretium, vt de pecunia ſoluenda, emptorem expectet, manifeſte vſura committitur, quia huiuſmodi expectatio precij ſoluendi, habet rationem mutui: vnde quicquid vltra iuſtum precium, pro huiuſmodi expectatione exigitur, eſt quaſi precium mutui, quod pertinet ad rationē vſuræ. Similiter etiam ſi aliquis emptor velit rem emere vilius quam ſit iuſtum precium, eo quod pecuniam ante ſoluit, quam poſſit ei res tradi, eſt peccatum vſuræ, quia etiam iſta anticipatio ſolutionis pecuniæ, habet mutui rationem cuius quoddam precium eſt, quod diminuitur de iuſto precio rei emptæ. Si vero aliquis de iuſto precio velit diminuere, vt pecuniam prius habeat, non peccat peccato vſuræ. 22ſ. q.78.a. 7m./Op.73.c°.14.

76 Poteſt autem excludi ſpes lucri ab intentione dantis mutuo, modo prædictu dupliciter. ſi vel quis dans mutuo, paratus eſt omni tempore accipere rē mutuatam, etiam ante illud tēpus determinatum, quo res veriſimiliter deberent eſſe chariores. Et hoc modo ſpes lucri, & ſi per accidens intendatur, non tamen per ſe, quia non tollit rationem gratuiti a mutuo. Vel quando dans mutuo, etiam tēpus illud determinauit, in quo ueriſimiliter, res plus valituræ erant, propter ſuā damni vitationem. Tunc enim damnum vitat, quādo neceſſitati propriæ conſulens, intendit conſeruare res ſuas ſibi magis neceſſarias ad vſum vitæ, quas ſi tunc non haberet, oporteret eas alibi emere, & ſic reportaret damnum de gratia mutui facta proximo. Et ſic intendens, in mutuando excuſatur ab omni vitio vſuræ 22ſ.q.62.4.1m./2m./Opu.73.c°.7./14.

77 Ex his poteſt patere, quod non tantum ex dilatione temporis, ſed ex natura rei, relata ad temporis vel loci conditionē, pōt accidere vſura, ſcilicet quando aliquæ res ſiue pecuniæ dantur mutuo, æquales reddendæ in ſpecie, & numero, & pondere, & menſura, & tamen quia mutuans ſperat eandem rem numero plus valituram in tempore determinato quo debet reddi, vel in loco, & propter hoc ipſe mutuat reddendam ad tale tempus vel ad talem locum, vt in tempore vel loco determinato ſibi reddatur, dico quod ibi manifeſte eſt vitium vſuræ, quia plus ſperatur ex mutuo vel cauſa mutui, quam detur. Opuſ.73.c°.8.

Prohibitio. 78.

78 In ſcriptura ſacra quantum ad legem veterem, non damnantur dantes pecuniam ad vſuram. Et ideo contra legē diuinam accipiuntur vſuræ. Vnde accipere vſuras ab alienis, non erat ſecundum intentionem legis, ſed ex quadā permiſſione, propter pronitatem iudæorum ad auaritiam, & vt magis pacifice ſe haberent ad extraneos, a quibus lucrabantur. 2ª.q.105.a. 3m./22ª.q.78.1.0./3.d.37.6.a./4.d.33.q.2. ar.2.q.2.c./Ma. q.13.4.0./Quo.3.19.0./Opuſ.73.c°.15.

79 Lex autem noua, prohibet ſperare aliquid ex mutuo: quare magis accipere erit contra legem euangelicam. Sed quod eſt contra legem diuinam, ſecundum nullam aliam legem, poteſt eſſe verum aut iuſtum, eo quod lex diuina ſit prima & vniuerſalis origo omnium legum iuſtarum, ſicut Deus eſt origo omnium entium. Opuſ.73.c°.15.

80 Eſt etiam vſura contra legem naturæ, quia in hoc finis conueniens ſecundum naturam actus humanæ vitæ, corrumpitur. Huic enim actui, qui eſt mutuum dare, conueniens finis aſſignatur naturaliter. ſ. finis communis ſocietatis, & fraternæ charitatis, in ſubueniendo proximorum neceſſitatibus, & ideo gratis fieri debet naturaliter. Quare quandocunque huiuſmodi actus fit propter ſpem alicuius commodi vel lucri, tunc ab eo tollitur finis, qui naturaliter competit ei, & fit contra naturam. Quare iuri naturali repugnat. Ideo non tantum ſit iniuſtum contra legem diuinam, ſed etiam contra ius naturale. 22ª.q.78.1.0./Opuſ.73.c°.15./Quo.3.19.0.

81 Secundum theologiam vſura condemnatur tanquam peccatum mortale, & graue, & æterna morte dignum. 22ª. q. 78. 1. o./4 d.33.q.2.ar.2. q.2.c./Ma.q.13.4.o./Quol.3.19.o./Opuſ. 73.c°.4./15.

82 Quædam vſuræ in ſacra ſcriptura, & etiā in legibus humanis cōceſſæ ſunt, tanquā licite, ſicut quādo nō pōt quis aliter rem ſuam quam per vſuram reacquirere. Opuſ.73.c°.4./7.

83 Quandocumque vſura poteſt accipi vt ſua res, aliquo iuſto titulo, erit ſine ſcrupulo inculpabilis acceptio. Et hoc eſt quando res violenter detinentur, & ſunt aliorum ſecundum veritatem, & per vſuram acquiruntur vel detinentur. Opuſc.73. c° 4./7.

84 Culpa ſecundum quòd eſt contra charitatem Dei, coactione non tollitur nec expiatur, ſed ſolum pœnitentia voluntaria valet emendari. Sed culpa quæ contra charitatem proximi directe committitur, etiam legibus tam diuinis, quam humanis coercenda eſt. Quia ergo vitium vſuræ directe eſt contra charitatem Dei qui ipſum in lege ſua prohibet & condēnat, & contra charitatem proximi, pœna eſt coercendum. Opuſ. 73.c° 21.priu°.

85 Generaliter pœnæ publicæ, ſolum vitijs publicis ſunt infligendæ. Et ideo vſurarij publici, pœna iuris coercendi ſunt, & aliquando propter contumaciam continentem, eſt etiam pœna iudicis adiungenda. Opuſ.73.c° 20.

86 Leges vero humanæ, aliquando conſiderant iuſtitiam, prout eſt conſeruatiua pacis exterioris inter homines, & ideo leges tales non puniunt niſi quod hanc pacem deſtruit. Aliquando etiam prout magis illuſtrantur lumine fidei, & iuris diuini, cōſiderant etiam iuſtitiam veram & interiorem, & ſic etiam leges canonicæ prohibent & puniunt vſura. Opuſc. 73. cap° 15.

87 Ius poſitiuum tamen permittit vſuras, non quidem vt iuſtas, ſed ne communitas patiatur multas incommoditates. Per vſuram enim retinentur multæ hæreditates, & vitantur dāna quàm plurima, propter quod etiam leges humanæ eam permittunt, & non puniunt, ſicut puniunt & prohibent furta & rapinam. Inſtitutiones tamen Imperatoris, ſanctas ſanctiones ſiue leges, ſubiecit eccleſiaſticis inſtitutis, ſed præcipue in vſuris & matrimonio, in quibus tota vita ciuilis verſatur. 12ſ. quæſtione 96. 6. c. / 22ſ. quæſtione 78. 1. 3m / Ma. quæſtione 13. 4. 6m./ Opuſc. 20. libro 3. capitu° 18. principio./ Opuſ.73.c°.4.ſi.

88 Quædam verba iuris etiam inueniuntur, quibus ratio dubij, & pericula euentuum, videntur omnino excuſare, vſuræ vitium in quibuſdam permutationibus, & contractibus. Opu. 73.c° 6.prin°.

89 Quòd autem ſit deſtitutio rei in vſura, contra iuſtitiam humanam, licet videatur præcipue facta voluntarie, & etiā quia leges humanæ non puniunt, quæ tamen iniurias punire debent, aduertendum eſt, quod voluntas hominis, aliquando reſpicit volitum propter ſe, & aliquando propter aliud. Quando autem propter ſe, tunc ſi illud volitum ſit ſimpliciter iuſtum & bonum, tunc voluntas eſt bona, & opus ex eā procedens, eſt bonum & iuſtum. Si autem ſit iniuſtum & malum, tunc ſimpliciter voluntas eſt mala: ſi uero reſpiciat volitum non propter ſe, ſed propter aliud, ſicut cum aliquis vult proiicere merces in mare, vt ſic euadat periculum, tunc eſt diſtinguendum. 12ſ. q.6 6.c./ Opuſ.73.c° 15.

90 Illud enim iterum propter quod, volitum dicitur aliquid, aut habet rationem iuſti, aut iniuſti, aut indifferenter, & hoc primo modo iudicatur adhuc voluntas iuſta & bona comparatiue, ſed tamen poteſt eſſe iniuſta ſimpliciter, vt ſi aliquis vult furari, vt pauperibus tribuat. Sed ſecundo modo poteſt iudicari iuſta & libera abſolute, quando illud volitum, eſt ex natura ſua iuſtum & bonum, ſed comparatiue eſt voluntas iniuſta & non libera, quando illud volitum habet malum finem. Vnde cum aliquis vult dare ſuperabundantiam de ſuo, de ſe non eſt malum nec iniuſtum, vnde ſecundum hoc, voluntas eſt abſoluta & libera. Sed quando hoc vult dare propter rationem mutui, quod non aliter poteſt habere, tunc huiuſmodi voluntas comparata ad finem qui de ſe eſt iniuſtus, contrahit rationem iniuſtitiæ, & eadem ratione liberalitatis. Et quia huiuſmodi iniuſtitia, patiendo magis quàm agendo incurritur, ideo in ipſo ſtante eſt pœna, & non culpa. Opuſcu. 73.c°.4./7./15.

In mutuis.

91 Quia in mutuis vitium vſuræ annexum eſt, ex eo quod fiant ſpe lucri, quod eſt contra naturam mutui, ideo quia dubium & periculum de ſua natura non tollunt hanc vitioſitatem a mutuo quando fit ſpe lucri, nec dubium nec periculum excuſare poſſunt vitium vſuræ, ſecundum decretalem. Opuſ.73.cap.6. principio.

92 Circa illos uero contractus, vel permutationes rerum, in quibus aliquid plus accipitur quàm datur, ſi cauſa temporis permutatio hæc fiat, iam ſpeciem vſuræ vitioſè committit, eo quod huiuſmodi ſuperabundantia, nec ex labore, nec ex uſu rei proprie, nec per recompenſationem alterius ſubſtantiæ, valet reduci ad æqualitatem iuſtitiæ. Si vero non cauſa temporis hæc ſuperabundantia accipiatur vel intendatur, ſaltem ratio dubij ſiue periculi, poteſt ſupplere æqualitatem iuſtitiæ. Opuſ. 73.cap° 6.

Ratione dubij uel periculi, in mutuis.

93 Sicut autem dictum eſt de ratione dubij in mutuo & in con-

tractibus alijs, ita dicendum eſt de ratione periculi, quia ratio periculi etiam circa ſortem, non tollit rationem vſuræ in mutuo ſecundum decretalem. In contractibus vero alijs, in quibus videtur ſuperabundare acceptum ſuper datum, poteſt excuſare, ſcilicet quando ipſa ratio periculi, poteſt recompenſare huiuſmodi ſuperabundantiam. Res enim quæ extra periculum poſſidentur eiuſdẽ ſpeciei, plus æſtimantur, quàm eædem exiſtentes in periculo. Et ideo ad naturam rei conuenit recompenſatio, quæ propter periculum æſtimatur plus vel minus valere. Opuſ. 73. c° 6. fi.

94 Cum dicitur quod huiuſmodi contractus non poteſt excuſari a vitio vſuræ, per rationem dubij, vel periculi, intelligendum eſt, quia duplex eſt dubium, ſcilicet dubium excuſans, & dubium non excuſans. Dubium tunc excuſat, quando tollit inæqualitatem, & iuſtam æſtimationem dati, & accepti facit, quantum ad rerum commutatarum naturam & vſum, ſicut quando aliquis emit decem annuatim pro centum quos ſtatim ſoluit, ad uitam ſuam uel alterius accipiendos, & conſiderata vtilitate cuiuſlibet reſpectu poſſidentis dubitatur veriſimiliter, quæ ſit maior, minorue, propter indeterminationem temporis, & ideo fit æſtimatio æquiualens propter dubium. Et ſic ratio dubij facit iuſtitiam æſtimationis. Ideo quicquid plus vltra datur, vel accipitur, ſiue ab emente, ſiue a vendente, tanquàm de propria ſorte recipitur. Opuſcu. 73. c° 9.

95 Dubium uero quod tantum reſpectu lucri vel damni poteſt incidere, ex determinato tempore, illud non poteſt excuſare a vitio vſuræ, quia ex eius dubio non naſcitur aliqua iuſta æſtimatio, quia ſperatur aliquid plus prouenturum, gratia tẽporis determinati tantum, quod non valet facere iuſtam æſtimationem. Opuſ. 67. 1m. / Opuſ. 73. c° 9.

96 Conditio autem perſonæ per quam eſt in diſpari cultu, excuſat ab vſura, ſi fiat vt oſtendatur, ſolus Deus eſſe dominus omnium rerum, & omnia eſſe data, ad cultum Dei promouendum. Et ideo virtute fidei, tollitur in illo caſo malitia vſuræ, quia tunc non fit ſpe lucri. Opuſ. 73. c° 7. prin°.

97 Conditio quæ facit hoſtem dignum morte, excuſat a vitio vſuræ, quia fit zelo iuſtitiæ & charitatis, quæ quàtum poteſt, inimicos fidei, ſ. tyrannos & hæreticos conatur deſtruere, etiã eodem iure quando non poteſt aliter res ipſorum quam per vſuram requirere. Opuſ. 73. c° 7.

98 Conditio quæ ſumitur atque reperitur in iure ratione dotis vel paternæ promiſſionis, excuſat a vitio vſuræ, ſicut cum aliquis accipit cum vxore in dotem aliquam hæreditatem, uel fundum, vel redditus annuos pro aliqua certa ſumma pecuniæ in pignore, tunc poteſt huiuſmodi fructus percipere, ſine diminutione dotis, quàmdiu ratio impignorationis manet. / Opuſ. 73. c° 7.

99 Conditio quæ poteſt accipi ex natura rei, excuſat a vitio vſuræ. ſ. quando res quæ accipitur in pignore, eſt illius qui accipitur pignore de iure, ſed de facto detinetur violenter ab alijs, tunc poteſt ille percipere fructus pignoris, vltra ſortem, eo quod ut ſuum recipit, & non ut alienum. / Opuſcu. 73. cap° 7.

100 Conditio quæ dicitur intereſſe, ſiue damni recompẽſatio, & non ſpes lucri, poteſt excuſare a uitio vſuræ, vt ſi quis mutuo dederit gratis, vſque ad terminum aliquem determinatum, in quo indiget ſua pecunia pro aliqua neceſſitate, & mutuũ non fuerit redditum ad prædictum terminum, poteſt mutuans repetere vltra ſortem, quicquid damni incurrit propter defectum ſolutionis. Et hoc modo poteſt etiam fideiuſſor repetere vſuras a debitore, quas perſoluit creditori propter defectũ debitoris, quia ibi patet ratio iuſtitiæ, quia non ſpe lucri accipitur, ſed pro recompenſatione damni. a 2æ. q. 78. a. 1m. / 3. c. / Opuſ. 67. / Opuſ. 73. c° 7. 14.

101 Si dubium uel periculum excuſare valeant conditiones ſiue circumſtantiæ, hoc non erit, niſi habeant virtutem tollendi rationem vſuræ veræ dictæ. Opuſ. 73. c° 6. prin°.

102 Conditio quæ ſumitur tantum ex ſpontanea oblatione, excuſat a uitio vſuræ, ſ. quando ex parte tàm dantis quam accipiẽtis, gratis aliquod offertur. 2 2æ. q. 78. a. 0. / Ma. q. 13. 4. 10m. / Opuſ. 21. q. 3. / q. 4. / Op. 73. c° 4. / 7.

103 Cauſa propter quam huiuſmodi conditiones excuſant a vitio vſuræ, eſt, quia ſcilicet nulla circumſtantia poteſt tranſmutare in moribus de bono in malum uel econuerſo, niſi quæ tollit de natura ſui rationem bonitatis vel malitiæ. Opuſc. 73. cap° 7.

104 Vſura igitur in mutuo vitium eſt dupliciter, ſcilicet primo quia corrumpit liberalitatem, cuius eſt mutuum dare. Et hãc rationem vitij tollit ultima conditio, ſcilicet quando gratis aliquid ultra ſortem datur uel accipitur. Corrumpit etiam debitum finem, ſcilicet quando aliquid accipitur ſpe lucri, & ſine recompenſatione iuſta. Et hanc malitiam tollit prima conditio, & ſecunda, & quinta. Op. 73. c° 7.

105 Contingit etiam aliquando uſuram accipere in alijs contractibus, in quibus aliquid petitur plus quam detur, ſine cauſa. Et hoc etiam excuſari poteſt omnibus modis prædictis, & duobus etiam alijs. Op. 73. c° 7.

106 Et hoc poteſt contingere, quando illud quod ultra ſortem recipitur, fit ſuum iure naturæ, ſicut fructus pignorum pro dote natis, vel pro prouiſione filiorum, vel poteſt fieri ſuum iure æquitatis, ſicut res ipſa quæ impignoratur, quando ſecundum æquitatem erat illius qui fructus percipit. a 2æ. q. 78. a. 6m. / Op. 73. c° 7.

107 In vſura vero eſt vitium ſiue malum, per uiam fictæ æquitatis, quia fœnerator rem uel pecuniam transferens, vt per translationem aliquid plus recipiat quàm dederit, ſemper aliquã æquitatem, in acceptione ſuperabundantiæ prætendit, quæ non poteſt eſſe, niſi tempus illud, in quo huiuſmodi gratiam facit, & in quo expectat receptionem ſortis. Op. 67. o. / Opu. 73. c° 4.

108 Fœnerator de re non ſua, & quæ eſt æqualiter accipientis & dantis, & quæ gratis a Deo omnibus datur, intendens æquare & recompenſare rem acceptam, fraudem facit proximo, cuius eſt tempus quod ſibi uendit & fraudem Deo, cuius rem gratis datam, ſub precio ponit. Op. 73. c° 4.

109 Fœnerator de tempore quod commune eſt, recompenſare intendit illud, quod plus accipit quàm dederat. Opuſc. 73. c° 4.

110 Secundum prolongationem temporis uel abbreuiationem, augmentatur ſuperabundantia vſuræ, vel minuitur. Opuſc. 73. c° 4.

111 Superabundantia vſuræ, nullo iure vel iuſto titulo acquiritur vel poſſidetur. Quare & malum eſt de ſui natura & uituperabile, quia voluntate fit humana. Op. 73. c° 4.

112 Conſtat quòd nec labore aliquo, fit recompenſatio in contractu vel acquiſitione vſuræ, quia tantum lucratur fœnerator dormiens, ſicut vigilans, & in diebus ſolemnibus, ſicut in ferijs communibus. Op. 73. c° 4 / 8.

113 Non immerito quæritur a peritis, vtrum vſura ſit vera res aliena, & non ſit uera poſſeſſio accipientis. Opuſ. 73. c° 5. prin. Nõ trãſfertur dominium

114 In vſuris non transfertur dominiũ. 2a 2æ. q. 78. 8. c. / 3m. / Quol. 3. q. 7. a. c. / Op. 73. c° 5.

Immo in vſuris tramſfertur dominium, ſecundum aliquos. 4. d. 15. q. 2 ar. 4. q. 2. c. / Opuſ. 73. c°. 19. Reſp. Du°. 1009.

115 Fœnerator etiam ſecundum leges humanas, rem alienã transferre in dominium alterius, ſecundum id quod aliena ſibi iudicatur, non poteſt, ſed ſecundum quòd ſua eſt. Op. 73. c° 5. Dum. 1209. B

116 Quidã doctorum qui theologice magis procedunt, ſimpliciter affirmant, in vſura nõ transferri dominium. Alij uero qui iura ſcripta, & humanas leges attendunt, ſimpliciter transferri dominium dicunt. Op. 73. c° 5. prio°. * Dominium 17.

117 Non eſt reſtituendum niſi quod eſt alienum & non ſuum, quare vſuræ non ſunt in dominio poſſidentis. 2 2æ. q. 78. 3. o. / Op. 73. c° 5. prin°.

118 Cum vna res ſimul habere duos dominos non valeat, a ſe inuicem diuerſos & æquales, & omnis vſura reſtituenda ſit ſecundum legem diuinam ei a quo accepta eſt, ſicut vero domino, ſequitur quòd reſtituens non habet verum eius dominiũ & ſic non erat tranſlatum in accipientem vſuram. 2 2æ. q. 78. 3. c. fi. / 3m. Opuſ 73. c° 5.

119 Credimus in vſura non transferri dominium, ſed tantum lege humana tranſlatum iudicamus. Op. 73. c° 5.

120 Quæ mouere poſſunt theologos, aſſerentes in vſura nõ trãſferri dominium, ſunt quædam auctoritates, & ex his rationes conſequentes. Op. 73. c° 5.

121 Econtrario mouet quoſdam legiſtas & iuriſperitos, quòd in vſuris transfertur dominium, quia ſecundum omnem legem, res aliena cuius dominium non transfertur, ſemper eſt reſtituenda vero domino, eadem numero. In vſura autem etiam ſecundum legem diuinam hoc non iudicatur. Op. 73. c° 5.

122 Sicut furta & rapinæ male poſſidentur, ſic & vſuræ, ſecundũ Auguſtinũ. Et malignam ſpeciem excogitationem, ſi quis appellaret furtum, aut homicidium, non peccabit, ſecundum Gregorium Niſſenum. Ma. q. 13. 4. b. 2 / Op. 73. c° 5. prin.

123 Fœnerator non eſt verus dominus vſurarum, ſicut nec raptor rapinarum, quia vterque male poſſidet, & ideo alienum poſſidet, & non ſuum. Op. 73. c° 5.

124 Licet vſura ſit quædam ſpecies ſiue modus de genere rapinæ & furti, differt tamẽ in duobus a furto & rapina. Primo quia furtum & rapina nullam habent ſpeciem æquitatis, eo quod per violentiã occultam & apertam committuntur. Vſura uero aliquam ſpeciem æquitatis prætendit, quia vt æquũ & iuſtum, vt beneficio exhibito, reddatur aliquod emolumentũ, quamuis ſecundum rei ueritatem, non debeatur tali beneficio aliquid

quid ex iuſtitia, niſi tantum ex gratia, quod eſt beniuolentia & gratiarum actio. Secundo quia in vſura, aliqua vtilitas videtur prætendi reipublicæ, non autem in furto vel rapina. Opuſ. 73. c. 4. fi.

125 Vſura non poteſt habere rationem furti, vel rapinæ, niſi propter detentionem alicuius rei alienæ inuito domino. 22ſ. q. 66. 3. c. / Opuſ. 73. c° 5. prin°.

De contractibus in ſpeciali, ſcilicet in venditione ad terminum.

126 Quoniam antiqui hoſtis ſuperſeminata humanæ naturæ zizania cupiditatis & auaritiæ, vſuræ vitium prodeuit, non tantum in mutuis, quæ luce diuinæ veritatis, in ſcriptura ſacra manifeſte condemnata eradicatur, ſed etiam in alijs contractibus diffudit, in quibus ſub ſpecie æquitatis & iuſtitiæ humanæ, quaſi abſcondita fœneratur, idcirco in hac parte querentes detegere hanc malitiam, de his contractibus in quibus latet dicemus. Op. 73. c° 8. prin°.

127 In eodem contractu ſecundum ſpeciem, poteſt incidere vitium vſuræ, ex intentione corrupta, & uitium auaritiæ ſine vitio vſuræ, ex turpitudine lucri, & alias etiam poteſt fieri ſine omni vitio, quando fit propter neceſſitatem vitæ. Opuſ. 73. c° 8.

128 Suppoſito q in venditione ad terminum, conſuetudo de dilatione ſolutionis vſque ad ſpacium trium menſium vel huiuſmodi, ſit ad commune bonum mercatorum ſcilicet pro expediendis mercantijs ſiue mercationibus ſuis, & non in fraudem vſurariam introducta, videtur eſſe diſtinguendũ. Op. 67. 1m.

129 Aut enim uendit uenditor, mercationes ad terminum prædictum, ultra quantitatem iuſti precij, propter expectationem, aut ſecundum iuſti precij quantitatem. Op. 67. 1m.

130 Si primo modo, non eſt dubium, uſurarium eſſe contractum cum ibi expectatio temporis ſub precio cadat. Opu. 67. 1m. / Op. 73. c° 10. prin°.

131 Nec poteſt eſſe excuſatio, ſi ſecundus uenditor ſit primi miniſter, cum ad nullam cauſam liceat, pro tempore expectationis pecuniæ precium augeri. Op. 67. 1m.

132 Si autem uendat ſecundo modo. ſ. ſecundum iuſti precij quantitatem, non eſt uſura. Op. 67. 1m.

133 Eſt generaliter tenendum, quòd in omnibus contractibus, in quibus accipitur plus a uendente uel emente quam dederit, & non fuerit ratio huiuſmodi augmenti in uſu rei, ſiue in natura ipſius rei, nec producta fuerit ex temporis aliqua conditione exiſtente in ipſis rebus, ſed accidit incrementum ex dilatione temporis conceſſa a uendente uel emẽte, ut per hoc plus accipiat, tunc talis ſuperabundantia accepta ſuper datum, uſura dicitur, & uſuræ tenet uitium, quia ſine iuſta ratione generatur in talibus contractibus & mutuis. Et hoc uocatur apud iuriſperitos, & etiam uulgariter uendere, uel emere ad credentiam. Opuſ. 21. o. / Opuſ. 67. o. / Opuſ. 73. c° 8.
• Credentia. Vendere 7. in.

Prohibitio.

134 Credentia precij perſoluendi in tempore futuro, poſt aliquẽ contractum, poteſt incidere in contractibus ſine uitio uſuræ, tribus de cauſis. ſ. uel per gratiam & liberalitatẽ uenditoris, ideſt, quando res uenditur ſecundum æſtimationem iuſtam pro tempore uenditionis & commutationis ipſius rei, & ipſe uenditor, expectat ſolutionẽ in prolixo tempore liberaliter, & per gratiam quam habet ad emptorem. Opuſ. 73. c° 10.

135 Vel ſecundum meritum & iuſtitiam ipſius contractus, & per gratiam uenditoris, ut ſi qua res uẽdatur in aliquo tempore in quo habet tantam neceſſitatem & utilitatem humanæ uitæ, ſicut in futuro aliquo tempore habitura eſt ſecundum naturam temporis, & uenditor rem ſuam intendat uendere pro illo tempore, in quo habet maiorem neceſſitatem & utilitatem, & in quo plus ualitura ſit, quàm ualeat in tempore quo uenditur, iuſtum eſt ex natura contractus, quod uenditor ſaltem expectet tempus illud, pro quo facit maiorẽ æſtimationem precij. Opuſ. 73. c° 10.

136 Vel poteſt incidere credentia per accidens, ſcilicet ex malitia uel paupertate emptoris. Et hoc modo uendere carius rem ſuam, quam ualeat tempore uenditionis uel etiam quàm ualitura ſit probabiliter in futuro tempore, quo ſolutio determinatur poteſt excuſari a uitio uſuræ, per intentionem uenditoris, licet ipſe contractus de ſe ſit uitioſus. Opuſ. 73. c° 10.

137 Non obſtat ſi uenditor pro minori peccato precio daret, ſi ſtatim ſibi pecunia ſolueretur. Quod etiam per ſimile poteſt in alijs debitis uideri. Opuſ. 67. 1m.

138 Si enim alicui debeatur aliquid ad certum terminũ, quãdocunque de eo quod eſt ſibi debitum dimitteret, ſi ſibi citius ſoluatur, talis immunis eſſet a peccato uſuræ. Opuſ. 67. 1m.

139 Licet enim plus debito accipere, propter temporis dilationẽ, uſuram ſapiat, minus tamen accipere, ut ſibi citius ſoluatur uſuram non ſapit, maxime ex parte eius qui minus recipit, quamuis ex parte eius qui minus dat, ubi citius ſoluat, uideatur eſſe aliquis modus uſuræ, cum ſpacium temporis uendat. Opuſ. 67. 1m.

140 Vnde etiam in caſu propoſito, plus eſſet de vſura timendum emptori, qui ei ante tres menſes minus ſoluat, iuſta æſtimatione pannos emit, quam uenditori qui minus accipit, vt citius ſibi ſoluatur. Op. 67. 1m.

141 Per anticipationem ergo temporis, aliquando generari poteſt vitium vſuræ. ſicut per dilationem vel prolongationem. 22ſ. q. 68. 1. 7m. / Op. 67. 1m. / Op. 73. c° 8.

142 Ille qui ad certum terminum debet, ſi ante terminum ſoluit vt ei aliquid de debito dimittatur, vſuram committere videtur, quia manifeſte tempus ſolutionis pecuniæ vendit. Vnde ad reſtitutionem tenetur. Opuſ. 67. 4m.

143 Nec excuſatur per hoc, quòd ſoluendo ante terminum grauius, vel q ab alio inducitur, quia eadem ratione poſſent omnes vſurarij excuſari. Opuſ. 67. 4m.

Differentia.

144 Contractus vſuræ, non habet rationem venditionis & emptionis, nec rationem permutationis, ſicut apparet ex forma verborum, & ex tranſlatione pecuniæ, vel rei datæ mutuo, propter quod ſi vltra exigitur quàm datur, iniuſta eſt commenſoratio. Opuſ. 73. c° 4.

145 Quando ſecundum æquitatem iuris ſit recompenſatio rei, ſicut in venditionibus & emptionibus rerum, vel recompenſatio laboris ſicut quando laborantibus redditur merces laboris, conſtat q in hac uia, non poteſt inueniri vſura, ratione iuſtæ poſſeſſionis & acquiſitionis. Opuſ. 73. c° 4.

146 Si quis rem aliquam emat pro pretio minori quàm valeat tẽpore emptionis, vel pro pretio æquali, rem tamen percepturus in tempore quo ſperat eam plus valituram, vel etiam ſi quis vendat rem pro precio maiori quam valeat tempore venditionis, ſperans tamen quòd tantum ualitura erit tempore ſolutionis, ſi uerisimiliter dubitatur, utrum plus uel minus poſſit ualere pro tempore illo, pro quo uenditur uel emitur res, in talibus ratio dubij excuſare poteſt a uitio uſuræ, & facere æquitatem iuſtitiæ, licet plus accipiatur quam detur, eo q ratio huius dubij, ponit æſtimationem ualoris in rebus, in ipſa natura rerum, quæ in tali tempore plus uel minus poſſunt valere. Opuſ. 73. c° 6.

147 Non cauſa temporis tantum ibidem plus expectatur, ſed propter ipſam naturam rei, quæ plus ualet aliquando in vno tempore quàm in alio, & aliquando minus. Et hoc modo ratio dubij, & periculi etiam localis poſſunt excuſare contractus aliquos, qui alias iudicarentur vſurarij ſecundum decretalem. 22ſ. quæſtione 62. 4. 2m. fin. / Opuſculo 73. capitulo 6.

148 Si aliquis poſt auguſtum, multum de blado, uel de uino habeat uenale, & pro illo tempore menſura bladi, tres ſolidos tantum valebat, & modius uini tantum decem, & vendit bladum pro quatuor ſolidis, & vinum pro duodecim, recepturus tamen pecunias, in feſto Ioannis, quia nec volebat dare pro minori precio, etiam ſi ſtatim reciperet, eo quòd rem ſuam æſtimabat tantum valituram probabiliter in prædicto tempore ſolutionis, dico quòd non committit uſuram, quia illud non accipit cauſa temporis, ſed pro natura rei, quam probabiliter & uerisimiliter dubitare poteſt tantum ualituram, in tempore pro quo uendidit, etiam ſi non ualuit tantum, in tempore pro quo uendidit. Opuſ. 73. c° 6.

149 Et hæc ratio poteſt applicari, ad aliquos alios contractus, etiam quando res minus emitur, quam ualeat tempore emptionis, recipienda tamen in alio tempore in quo veriſimiliter poteſt dubitari, utrum plus uel minus ſit ualitura, quàm empta ſit, quia ſic b. non committitur uſura. Opuſ. 73. c° 6.

150 Quod autem cauſa temporis accidit in contractibus, ſicut in mutuis quando aliquid ſuis accidit, ſine iuſto titulo, quod ipſe facit ſuum per fraudem ſcilicet uendendo tempus quod Dei eſt, & datum communiter omnibus, & non poteſt habere titulum ſucceſſionis naturalis, ſeu gratuitæ donationis, ſeu iuſti lucri, per meritum proprij laboris, uel per recompenſationem rei propriæ uel uſus propriæ rei, eſt uſura. Opuſ. 73. cap° 8.

151 Omnis contractus in quo aliquid plus accipitur quam datur, ſiue in ſpe, ſiue in re, & hoc tantum propter cauſam temporis, uocatur contractus uſurarius. Opuſ. 73. c° 8.

152 Si autem accipiatur plus quam detur, ſimpliciter propter æſtimationem uendentis uel ementis ampliorem in uno tempore quam in alio, propter aliquam trium cauſarum prædictarũ uel etiam propter dilationem rei in uno tempore quàm in alio, tunc poteſt fieri ſine uitio uſuræ, quia ſuperabundantia huiuſmodi, recompenſatur ex ampliori ualore rei in ſe pro tẽpore, pro quo accipitur huiuſmodi ſuperabundantia, & non accipitur pro temporis dilatione. Opuſ. 73. c° 8.

153 Licet hi contractus excuſati poſſint a uitio uſuræ, ſecundum rationem dictam, non tamen excuſantur omnino a uitio cupiditatis, quæ hic dicitur turpelucrum, quia ratione tempo-

ris accidit ſicut & vſura,licet differenter. Opuſ.73.c° 8.

154 Si autem huiuſmodi contractus ordinentur ad vſum vitæ humanæ,excuſantur ab omni turpitudine,& oſtenditur,ꝙ in huiuſmodi non ſit vſura, quia vſura non excuſatur quantumcũque ordinetur ad vitæ neceſſitatem. Opuſ.73.c° 8.

155 Ea quæ vſurarij per vſuras ab alijs extorſerunt, non poſſunt per dominos temporales licite retineri,niſi forſitan eſſent ea,quæ ab ipſis dominis temporalibus,hactenus extorſiſſent, vnde ſi inueniuntur certæ perſonæ, a quibus extorſerunt vſuras,debent eis reſtitui. Opuſc.21.c° 1.

156 Licet accipere mutuo ſub vſuris ad bonum ſui vel alterius, non autem licet inducere,ad faciẽdum vſuras. 22ſ.q.78.4.o./ 3.d.37.6.6m./ Ma.q.13.4.17m./ 18m./ 19m./ Opuſ.21.q.5.ſi. Vt 16.&c.

157 Vendere autem carius iuſto, propter dilationem ſolutionis, vel emere uilius propter anticipationem, eſt vſura,non autẽ econuerſo.22ſ.q.77 1.1m.ſi./ q.78.2.7m.

158 Si.n.mercatores uinciæ,portitet pãnor de nũdinis Licinati,vt vſq; ad pp̃x reſurrectionis expectẽt pretiũ, plus vẽdãt pãnos q̃ debeãt ſm cõem forum,nõ eſt dubiũ eſſe vſurã.Op.67.2m

159 Si aũt vendãt ſm cõem forum, & non plus q̃ valẽt,plus tñ q̃ acciperent,ſi eis ſtatim ſolueretur,non eſt vſura. Opuſ.67.2m

160 Si illi qui pecuniam mutuo accipiunt ſub vſuris, illam vſurã recuperare nolunt,plus vẽdendo pannos quam valent, ꝓpter expectationem vſque ad certum tempus,non eſt dubium eſſe vſuram,cuius tempus manifeſte vendatur Op.67.3m.

161 Nec excuſantur propter hoc,ꝙ volunt ſe conſeruare indemnes,quia nullus debet ſeruare indemnitatem,mortaliter peccando. Opuſ 67.3m./ Opuſ.73.c° 7.

162 Et licet alias expenſas licite factas,puta,in portatione pannorum,poſſint licite recuperare de eorum venditione,non tamẽ poſſunt recuperare vſuras quas alijs dederant, cũ hæc fuerit inulta datio, & præſertim ẽt cũ dando vſuras peccauerint ſi induxerint, tanq̃ occaſionẽ peccandi vſurarijs ꝓbentes,cum ẽt neceſſitas q̃ ponit ab eis, vt. ſ.mercatores honorabilius uiuãt,& maiores mercationes faciant, non ſit talis neceſſitas,q̃ ſufficiat ad excuſandum pctm̃ ꝓdictũ. 22ſ.q.78.4.o./ 3.d.37.6.6m./ Ma.q.13.4.17m./19m./Opuſ.21.q.5.ſi./ Opo.67.3m.

163 Patet.n.a ſimili, quia non poſſet quis in venditione pannorũ recuperare expenſas, quas incaute & imprudenter feciſſet. Ma.q.13.4.14m.ſi /Opuſ.67.3m ſi.

164 Si quis vero bladum vel vinum vendiderit vel emerit,in aliquo tpe vel loco,vt plus accipiat in alio,quã dederit, tñ rõne tpis vel loci,licet ẽt res ꝓ tpe illo tñ valeat, iã pp intentionẽ vſurariã,fit vitiũ vſuræ,qđ tñ bene poterat fieri,ſi tantum rei natura attenderetur,& non temporis vel loci cauſa,quæ nullo modo ſunt aliquid de re, nec vtilitatem,nec caritatem faciunt in rebus per ſe. Op.73.c° 8.

165 Aliquis debet alteri centum ſolidos, perſoluendum poſt aliquos annos, vel annuatim, ad duos vel tres terminos, & vult remittere debitori tertiam,vel quartam,vel quintam partem ſi ſoluat ei in principio anni, ſiue ante terminos poſito qñ petierit. Conſtat autem ꝙ in hoc caſu, plus accipitur quam datur,ratione temporis Ideo ſi ſiat cauſa lucri, poteſt ibi eſſe vitium vſuræ,quoniam huiuſmodi lucrum quæritur tantum ex tẽpore, & periculũ tollitur, vel veriſimiliter non poteſt dubitari de periculo, vtrum magis minuſue, res poſſint valere. Opuſ.67.o./ Op 73.c° 8.

166 Debitor iuſte debebat centum ſolidos,& propter anticipationem temporis,tantum ſoluit octuaginta. Accipit ergo vltra id quod dat.ſ.vltra octuaginta, viginti, quia creditoris erant illi viginti ſolidi,& ſunt facti debitoris ratione temporis anticipati. Ratione ergo regulæ datæ de cauſa vitij in vſura,quæ eſt, quando plus accipitur quam datur, cauſa temporis,poteſt eſſe huiuſmodi contractus vſurarius, ſi fiet tantum cauſa lucri,vt prædictum eſt Opuſ.73.c° 8.

167 Sed hic poteſt cadere excuſatio vſuræ dupliciter. ſ.quãdo gratis & liberaliter creditor huiuſmodi ſuperabũdantiam tribuit debitori, & debitor non cauſa temporis accipit, vel quando creditor per dãnum propriæ rei,recompenſat huiuſmodi ſuperabundantiam,vt qñ non poteſt hẽre pecuniam,ſine alicuius rei propriæ alienatione, & damno ex qua ſoluat creditori qđ petit ante terminum ſolutionis. Alias eſt caſus vſurarius.22ſ. q 78.3.c./ Opuſ.67.1m./ 2m./ Opuſ.73.c° 8.

168 Si locans accipit aliquid, vltra rem locatam,hoc habet rationem æquitatis, quia illud plus, recompenſatur per vſum rei locatæ,qui eſt proprietas locantis, & pertinet ad eius ſortem, id eſt ad rem locatã,cuius proprietas ſimpliciter manet apud locantem, & ideo periculum etiam ipſius rei, remanet apud locantem, & ſic ibi non eſt vſura, ſed aliquando in venditione. Opuſ.73.c° 8.

169 Sed qñ quis vendit rem aliquã,non quidem uſum tñ ipſius, ſed & proprietatem eius, conſtat ꝙ transfertur de iure periculum rei in ementem. Et quando ſic vendens res huiuſmodi, tenet periculum penes ſe, iam ſic non transfertur dominiũ, & ideo non eſt permutatio venditionis iuſtæ. Sed conſtat ꝙ emens eam,tranſtulit dominiũ pecuniæ quam dedit. Quare magis habet rationem mutui. Et ſi plus ſperat propter tempus futurum determinatum,quàm ſit datum, ſequitur quod ſit vitium vſuræ Opuſ 73.c° 8.

170 Specialis difficultas videtur in contractibus illis,in quibus res emuntur vel venduntur,quæ ex temporis proceſſu recipiunt incrementum valoris vel vtilitatis, ſicut ſunt ſata,fœtus animalium,fructus arborum,& ſpolia ſyluarum,an ibi ſit vitium vſuræ. Opuſc.73.c° 8. — *Sata, fœtus, fructus & ſpolia ſyluarum.*

171 Quia igitur huiuſmodi res venduntur & emuntur vt frequenter ante tempus ſuæ vtilitatis vel vſus,& minus emuntur quàm ſint valituræ in tẽpore ſuæ receptionis & vſus, qđ eſt non immerito, vtrum plus recipere pro eis, vel ſperare,pro tempore ſuæ receptionis,faciat vſurarium contractum. Opuſ.73.c° 9.

172 Sine præiudicio, aliter mihi videtur eſſe diſtinguendum in prædictis contractibus,& præcipue quia videmus,non de facili imminere periculum rei in venditione ſpoliorum ſiue nemorum,ſicut in alijs. Opuſ.73.c° 8.

173 Poſſunt ergo huiuſmodi res emi,tanquam neceſſariæ ad vſum vitæ ementium,vel cauſa lucri tantũ. Si primo modo, nullũ eſt,ibi vitiũ vſuræ, quàmuis plus valituræ ſint probabiliter, tẽpore ſuæ receptionis, dũtamẽ æſtimatio iuſta ſit facta tẽpore contractus,quæ eſt ſm legem naturæ,& ẽt ſecundũ conſuetudinẽ humanã, in hoc ꝙ tantũ põt æſtimari res neceſſaria vitæ humanæ,quantum neceſſarius eſt vſus eius,& hoc vel ſimpliciter,vel pro tempore aliquo determinato. Opuſ.73. c° 8.

174 Et quia ſimpliciter apud ſapientes plus æſtimatur res perfecta,quàm imperfecta,& pro determinato, æſtimatur res quantum vendi poteſt inter homines,& ideo licet tales res,minus vendantur imperfectæ,quam ſint valituræ perfectæ,non videtur mihi quod aliquis præter ſortem amplius accipiat, quia ſors vendita eſt ipſius ementis,cum incremento ſuæ valitudinis atque vtilitatis. Opuſ.73.c° 8.

175 Si autem ſecundo modo.ideſt, cauſa lucri tantum, fiant huiuſmodi contractus,poteſt adhuc in eis tantum turpelucrum iudicari cauſa cupiditatis,quæ oritur ex conditione temporis. Et poteſt iterum in eis incidere vitium vſuræ, & hoc quando huiuſmodi lucrum quæritur tantum ex tempore & periculum tollitur, vel veriſimiliter dubitari non poteſt de periculo, vtrum magis menſuræ ratione temporis res poſſint valere, quia in vſura accipitur ſors pro re iuſte poſſeſſa, vel debita alicui perſonæ. Illud autem dicitur ſortis accidere: quod non pertinet ad proprietatem ſortis. Opuſcu. 73.c° 8.

176 Emere autem aliqua bona, vt redditus vel poſſeſſiones ſ.ad vitam,quæ eſt tempus indeterminatum, vel emere vel aliqua prædictorum ad tempus determinatum, ſcilicet ad decẽ annos, vel ad viginti, quæ duo frequenter fiunt inter homines noſtri temporis,in hac conſideratione non tantũ in emptione ad vitam alicuius,poteſt aliquãdo incidere vitium vſuræ, ſed etiam in emptione ad omne tempus. Opuſ.73.c° 9. — *Redditurus poſſeſſionum ad uitam.*

177 Dare certam pecuniam ſiue ſummam pecuniæ alicui eccleſiæ, pro aliqualibus poſſeſſionibus eius tenendis ad vitam dantis pecuniam, & poſt mortem tenẽtis,redituris ad ipſam Eccleſiam, ſecundum Goffredum eſt vſurarius contractus. Sed hoc exemplum eius,tunc veritatem habere dicitur quando eccleſia, aliqua neceſſitate impulſa, cogitur impignorare poſſeſſiones ſuas, quas non poteſt nec vult ſimpliciter alienare. Tunc enim non eſt venditio proprie, ſed impignoratio, quia qui non poteſt rem vel poſſeſſionem aliquam vendere ſimpliciter, non poteſt vendere eo iure ad tempus. Opuſ.73.c° 9.

178 Conſtat quòd licet quædam eccleſiæ multa poſſident,tamen alienare ius poſſidendi non poſſunt, ſiue auctoritate & conſenſu ſuperioris prælati, nec ſimpliciter, nec ad tempus. Et ideo huiuſmodi venditiones eccleſiarum, ſunt impignorationes,propter quod ſecundum hanc viam,vſurarius eſt huiuſmodi contractus, quia fructus pignorum nõ licet recipere vltra ſortem, eo quòd non ſunt de natura ſortis. Opuſcu. 73.c° 9.

179 Si dans pecuniam,in huiuſmodi contractu habet ſpem viuendi vltra id tempus,quo receperit de prouentibus totam ſortẽ quam dederat,& vltra huiuſmodi ſpes vel receptio amplior, non facit vitium vſuræ, niſi quando illud quod ſperatur vel recipitur amplius,ſortis accidit & non eſt de natura ſortis. Aliter omnis emens agros vel animalia, vt plus recipiat in prouentibus proceſſu temporis,vel in ipſis rebus venditis in alio tempore, eſſet vſurarius, quod eſt abſurdum dicere, quia ſic omnis mercator,eſſet vſurarius. 22ſ.quæſtio.58.1.o./ 2.7m./ Opuſc.67.o./ Opuſc.73.c° 9.

In

180 In venditionibus iuſtis, quando aliquis dominus transfert dominium ſuæ rei, cum vſu eius,& fructu ſimpliciter, ſiue ad tempus, conſtat, quòd omnis prouentus rei venditæ eſt de natura ſortis & non accidens ſorti. Quare talis ſpes, vel amplior acceptio,non facit contractum vſurarium. Opuſ.73. capº 9.

181 Cõtractus emptionis alicuius poſſeſſionis ad vitam alicuius, & contractus,in quo aliquis dat centum libras,vt annuatim recipiat decem, quàmdiu vixerit, & ſperet ſe victurum ad vndecim annos, & vltra, vel vt in decimo anno recipiat ſimul centum,& decem libras,addita etiam cõditione,quòd ſi ante moriatur, quod nihil accipiat de tota ſumma, non ſunt eiuſdem rationis, & tantum in ſecundo eſt vitium vſuræ.Opuſc.73.cº 9.

182 In eo qui ſperat centum, & decem libras ſe accepturum in vndecimo anno, iam gratia temporis determinati tantum, fit recompenſatio inæqualitatis,& ſic facit vſurarium cõtractum. Sed in alio,qui non ſperat ſe plus accepturum, niſi in tempore indeterminato, & ex re empta iuſte ſecundum naturam, tunc nihil accipitur vltra ſortem, ſed totum ſperatur vt ſuum,& de ſorte ſua,non factum ſuum propter rationem temporis,ſed propter naturam contractus. Opuſc.73.cº 9.

183 Cum dicitur, quod quando fit numiſmatis translatio ad alterum,vt ſeipſum augeat, & multiplicet,fit tochos,ideſt vitium vſuræ,ſecundum Philoſophum,verum eſt: quare cum in emptione reddituum ad vitam,fiat tranſlatio pecuniæ ad hoc, vt ſeipſum multiplicet, videtur ſemper, & naturaliter eſſe vitium vſuræ,diſſoluendum eſt,quòd intentio philoſophi,vt apparet ex dictis ſuis,eſt, quòd numiſma inuentum eſt cauſa tranſlationis aliarum rerum,quarum vſus vitæ humanæ eſt neceſſarius. Et ideo quandocunque aliquis vtitur tranſlatione numiſmatis,vt per numiſmata,alia eiuſdem generis multiplicentur, fit abuſus numiſmatis, & inhoneſtus contractus,& vocatur tochos,ideſt parens Dei. Et hoc conſtat mihi,quod huiuſmodi contractus,de quo eſt ſermo,non eſt tochos. Opuſc.73.cº 9.

184 Et ſi redditus pecunia emantur ad vitam, tamen ex natura contractus non habetur, quòd ad hoc emanatur,vt pecunia pecuniæ addatur, ſed vt de ipſa pecunia empta res neceſſariæ vitæ humanæ emantur. Et hic finis contradicit fini,propter quem fit tochos. Opuſc.73.cº 9.

185 Vt in pluribus in hoc contractu, non pecunia numerata, ſed ipſæ res emuntur, quæ vel per fructus ſuos referuntur ad hominis vſum, vt ager & poſſeſſiones aliæ, vel per ſeipſas, vt triticum, vinum, oleum, & huiuſmodi. Tochos autem eſt, vt dicit Philoſophus, Numiſma numiſmatis. Opuſcul.73. capº 9.

186 Tunc ſecundum Philoſophum tochos eſt, quãdo acquiritur pecunia per pecuniam, ad ſimilitudinẽ generantium ſimilia ſibi. Conſtat autem, ꝙ quando ſimilia ex ſimilibus generantur ad multiplicationem,ꝙ generantia ſaluantur,& non corrumpuntur in generationibus ſuis. Opuſc.73.cº 9.

187 Sed qui dat centum libras,vt habeat decem annuatim quandiu vixerit, conſtat, quòd non eſt ibi ratio generationis, eo quod nõ manent centum libræ,vel in poteſtate,vel dominio dantis cum ſua genitura, ſed penitus ſunt tranſlatæ ab ipſo, nec manent etiã in iure repetendi,ſicut fit in tochos. Quare magis debet vocari huiuſmodi contractus tranſmutatio rei pro re, quàm generatio alicuius rei ex re. Et ſic apparet, ꝙ ratio de tochos nihil eſt ad propoſitum in huiuſmodi cõtractibus. Opuſc.73.cº 9.

188 Cum dicitur,quod ex lege diuina habetur, ꝙ quando quis emit poſſeſſiones proximi ſui,percepta ſorte ex prouentibus fructuum, non liceat ementi aliquid vltra recipere,& quòd omnis emens ad vitam poſſeſſiones,vel redditus, ſperat vltra ſortem datam aliquid accipere, & recipit, ſi viuat vltra, ſecundum quod ſperat, dicendum, quòd lex illa ſecundum literam intellecta,eſt diuina,ſed tamen eſt temporalis, ſicut & aliæ leges multæ,quæ tantũ ſecundum literalem ſenſum in figura datæ ſunt illi populo. Et ideo ſicut obſeruantia Iobilei non manet in populo Chriſtiano,ita & leges, quæ propter Iubileum datæ erant,quarum vna erat lex adducta, ſicut apparet in textu. Opuſc.73.cº 9.

189 Et iterum ſi conſideretur id, quod morale eſt in lege iſta, quam exponit gloſſa inducta, inuenitur nihil facere contra naturam horum contractuum, ſed tantummodo contra peruerſas intentiones diuitum ementium, qui ſecundum quòd dicit gloſſa, moleſtis de pauperum neceſſitatibus negociantur, & ſtudent poſſeſſiones aliorum acquirere, quando tenentur ex fraterna charitate eis indigentibus accommodare, & accommodata paulatim de fructibus agrorum recipere. Et ſic euidenter apparet, ꝙ hoc accidit in huiuſmodi contractibus,& nõ eſt de natura contractus,in quo ſequuntes ſiue indigentes non vendunt, ſed emunt. Opuſculo 73. capitulo 9.

190 Et nec lex, nec gloſſa de ſe inficit vitio vſuræ huiuſmodi contractum per naturam,ſed tantum per accidens. Opuſcu. 73.capº.9.

191 Cum dicitur quòd in talibus contractibus, ſemper aliquid ſperatur,vel accipitur vltra quàm detur,cauſa ſolius temporis,& quòd hæc cauſa,facit contractum vſurarium, dicendũ quòd tempus poteſt referri ad aliquas rerum permutationes,vt conferens aliquid iuſti valoris, vel auferens. Et hoc modo ſi cauſa temporis plus vendatur vel minus, non erit huiuſmodi contractus vſurarius. Pluris enim æſtimatur & iuſte menſura tritici in æſtate,quàm in autumno cęteris paribus,hoc eſt quantum eſt de natura temporis. Et ideo ſi quis accipiat plus de blado vendito pro tempore æſtatis, quàm dederit in autumno quando bladum emit, non iudicatur vſurarius,dum tamen pro illo tempore ſolo,velit bladum vẽdere,& non pro alio.22ſ.q.62.a.4.2m./ſi / Opuſ.73 cº 9.

192 Plus & iuſte apretiantur decem libræ ad omne tempus annuatim,quàm ad aliquod tempus particulare,vel plus & iuſte eadem ratione ad tempus iuuenis, quàm ſenis, & hoc ex natura temporis, & tamen non iudicatur vſura,ſi quis emit decem libras ad omne tempus,id quod plus recipit,vel ſperat recipere quàm dederit, licet ex tempore illud plus ſibi accidat,& certitudinaliter. Quare nec ſimiliter is qui plus recipit de eo quod ad tempus aliquod particulare emit debet iudicari vſurarius. Et hæc eſt vna cauſa,quia per naturã temporis,facta eſt res ſua,cum ſuis prouentibus. Et ideo totum eſt de ſorte propria.Opuſ.73.cº 9.

193 Poteſt etiam in contractibus tempus conſiderari vt nihil cõferens,vel auferens de natura rei ex natura temporis,ſed tãtum conſideratur vt menſura durationis extrinſeca,vt quando ratione temporis ſic accepti, aliquid plus accipitur uel ſperatur quam detur, tam patet vitium uſuræ uel iniuſtitiæ, quia illud plus quod ultra datum accipitur, nec ex natura rei recompenſatur, nec gratis datur uel accipitur. Et ideo nullo iuſto titulo poteſt fieri proprium, ſed ſemper eſt alienum.Opuſc.73.cº 9.

194 In contractibus in quibus certi redditus uel poſſeſſiones emuntur ad tempus determinatum, ſicut cum aliquis habet redditus certos,ut parochia, uel præbenda, uel ex patrimonio,uel aliunde,& huiuſmodi redditus vult uendere ad ſex annos uel ad aliquod tempus determinatum, ut ſimul habeat paratam pecuniam, an licite & abſque uitio uſuræ poſſit emi pro minori precio,quàm ualeant in annis tot acceptis,mihi uidetur etiam ex parte ementis,iuſtum poſſe fieri contractum,& iuſtum eſſe,quantum eſt de natura contractus.Opuſ.73.cº.9.

195 Poteſt autem fieri iniuſtus per accidẽs dupliciter. ſ.uno modo quando corrumpit charitatem debitam fratri. i.quando emens uidet fratrem in neceſſitate corporis uel animæ,propter quam oportet eum uendere redditus, uel poſſeſſiones ſuas, tunc emens ſi diues fuerit,potens ſine damno proximo ſubuenire,dico ſine præiudicio,quòd tenetur ei mutuo dare,& loco pignorum, prædictos redditus uel poſſeſſiones accipere,donec acceperit quod accomodauerat, Alio modo poteſt fieri iniuſtus contractus ex parte ementis propter corruptionem finis debiti,qui eſt ad utilitatem uitæ humanæ. Vnde quando cauſa lucri tãtum,& augmentationis diuitiarum fit,tunc eſt turpe lucrum. Sed primo modo,reducitur ad uitium uſuræ. Opuſ.73.cº 9.

196 Natura huiuſmodi contractus,habet in ſe tria,quæ ipſum iuſtum oſtendunt. Vnum eſt,ipſa uendentis liberalitas,qua poteſt rem ſuam dare gratis,uel permutare pro re minoris pretij,quàm ſit ſua res. Et ſecundum hoc,nullum incidit uſuræ uitium in emente, quia id quod accipitur, totum eſt de uoluntate libera domini. Aliud eſt ipſa æquitas permutationis rerum,quia quando res uenditur pro tanto,quanto æſtimatur iuſte,ſiue a uenditore,& emẽte, ſiue ab ijs qui ſunt legis poſitiuæ,tunc eſt iuſtitia in permutatione. Sed conſtat ꝙ uẽdens non poteſt plus habere pro tempore pro quo uendidit, & etiam res futuræ per tempora,nõ ſunt tantæ æſtimationis ſicut eædem collectæ in inſtanti, nec tantam utilitatem inferunt poſſidentibus,propter quod oportet quòd ſint minoris æſtimationis. Tertium ẽ ipſa ratio ſortis, quia quod plus accipitur,quam datur,eſt de ratione ſortis, eo ꝙ emens totum emit,quod euenturum erat tempore determinato. Et ideo non ultra ſortem propriam accipit,ſicut nec ille qui emit redditus ad omne tempus.Opuſ.73.cº 9 ſi.

197 Hæc ſunt rationes,huiuſmodi contractus iuſtitiam oſtendentes,per quas etiam diſſoluitur ratio contraria,quę uidebatur oſtendere uſurarium contractum, quia etſi plus accipitur quàm detur,hoc ſit de natura rei permutatæ. Et illud plus

non eſt accidens ſorti, ſed eſt de ſorte ementis, ſicut etiam plus accipitur quàm detur in his poſſeſſionibus, quæ emuntur hæreditarie, ad omne tempus. Opuſ.73.c^{o} 9.ſi.

298 Quando res carius venduntur propter temporis dilationem tantũ quàm æſtimentur in tempore venditionis, quia videmus hanc rationem ferè in omnibus venditionibus faſcellorum lignorum, qui per centenarios & millenarios generaliter venduntur, an iuſtitia poſſit inueniri, in huiuſmodi contractibus, an ſimpliciter ſint vſurarij, credo ſine præiudicio aliorum, poſſe excuſari huiuſmodi contractus a vitio vſuræ, & maxime quando veriſimiliter eſt dubium, res huiuſmodi plus minuſve valituras tempore ſolutionis. Opuſc.67.1^{m}./ Opuſ.73.c^{o} 10.prin^{o}. *Credentia.

299 Inuenitur etiam huiuſmodi contractus in dominis principalibus, qui ſyluas, & nemora vendunt perſoluenda in tempore quo eſt ipſorum vſus conuenientior, quàm ſit in tempore venditionis, inuenitur etiam in mercatoribus, qui ab ipſis dominis emunt ſyluas & nemora, per menſuras terræ & ex ipſis faſcellos faciant, quos vlterius vendunt per numerum. Vtrique ergo propter credentiam, quam faciunt vſque ad tempus vendunt carius ligna, quam valeant tempore vẽditionis. An ſit ibi contractus vſurarius, dico, ꝙ non propter dilationem ſolutionis in prolixo tempore, huiuſmodi res carius venduntur, ſed propter iuſtam æſtimationem rerum, quæ in tempore futuro, quo determinata eſt ſolutio, ſunt plus valituræ probabiliter, quàm in tempore venditionis. Et ſic non plus accipitur quàm datur ratione temporis tantum, ſed ſeruatur æquitas iuſtitiæ inter datum & acceptum pro tempore pro quo ſit venditio. Opuſ.73.c^{o} 10.

300 Si venditor rem ſuam intendat vendere carius, non propter tempus tantum, ſed tantum propter damnum, quod ſibi videt imminere ex dilatione perſolutionis recuperandæ, ſeu propter vexationem ſuam redimendam, quam probabiliter timet futuram ſibi in repetitione debiti ſui, propter malitiã vel impotentiam debitoris, tunc excuſatur a vitio vſuræ, & ſit æquitas æſtimationis in huiuſmodi contractibus, per recompenſationem damni, vel quando, probabiliter timentur hæc in credentia accidere. Et tunc rectitudo huiuſmodi intentionis apparet, quando venditor optaret potius non vendere talibus, quàm vendere ad credentiam & quando libẽter daret alijs pro minori precio incontinenti perſoluendo, quàm vendere ad credẽtiam talibus pro precio maiori niſi venditio habeat rationem mutui. 22^{æ}.q.78.a.1^{m}./ 7^{m}./ Opuſc.67.3^{m}./ 4^{m}./ Opuſ.73 c^{o} 10./ 11.ſi.

301 Vno autem modo, credentia facit contractum vſurarium.ſ. quando propter ipſam credentiam, res venditur carius, quã valeat ſimpliciter, vel quàm eſſet valitura probabiliter, tempore ſolutionis, vel etiam ſi tantum ſit valitura veriſimiliter, tamen ipſe vẽditor, alias res ſuas non venderet, niſi plus acciperet, propter ipſam credentiam, & tunc venditio habet rationem mutui. 22^{æ}.q.78.a.7^{m}./ Opuſc.67.3^{m}. / Opuſ. 73.c^{o} 10./ 11.

302 An autem liciti ſint contractus & abſque vitio vſuræ, quando pro minori precio incontinenti perſoluendo, aliquæ res emuntur, vt bladum in terra, tempore hiemis, & ſyluæ, & nemora, adhuc per tres annos uel amplius creſcituræ, ante aptum tempus inciſionis, quàm ualituræ ſint iuſte, in tempore ſuæ collectionis, & receptionis, vt bladum in terra in tempore hiemis, pro minori precio quàm valiturum ſit iuſte, tempore auguſti quando colligitur, credimus ſine præiudicio melioris ſententiæ, tales contractus poſſe fieri, abſq; vitio vſuræ. Opuſc.67.4^{m}./ Opuſc.73.c^{o} 10.

303 Vnaquæque enim rei æſtimatio iuſta, dependet ab vtilitate vel neceſſitate ipſius rei. Conſtat autem ꝙ non eſt tanta utilitas uel neceſſitas alicuius rei imperfectæ, ſicut eſt eiuſdem perfectæ. Quare nec recte tanti pretij æſtimanda eſt, cum adhuc eſt imperfecta, & longe a perfectione ſua, ſicut cum iã eſt perfecta. Sed huiuſmodi res, ſcilicet bladum in terra, & ſyluæ, & nemora ante tempus inciſionis, emuntur in tempore ſuæ imperfectionis. Quare abſque vitio uſuræ debent æſtimari minoris pretij, quam ſint ualituræ in tempore ſuæ perfectionis. Opuſ.73.c^{o} 10.

304 Illud quod per naturam temporis accreſcit alicui rei, iuſte eſt illius, cuius eſt ipſa res, ut ſi quis emit terras fructiferas, uel arbores, uel animalia fructifera, quicquid emit per naturam temporis, non tantum per exercitium laboris, iuſte ſit illius, cuius ſunt huiuſmodi terræ, arbores, uel animalia. Quare cum per naturam temporis, ſegetes in terra ſatæ, ueniant ad maiorem ualorem, & ſimiliter ſyluæ & nemora, ſequitur ꝙ quicquid prouenit ultra pretium datum, iuſte, & abſque uitio uſuræ ſit illius qui emit ipſa, & cedit in propriam ſortem. Quare nihil accipit vltra ſortem, licet plus accipiat emens, quàm dederit. Opuſ.73.c^{o} 10.

305 Hoc autem dicimus quantum ad naturam contractus, licet tamen per accidens per intentionem ementis, poſſet eſſe turpe lucrum, quando ſ. tantum intenditur augmentatio lucri, & diuitiarum, proueniens ex natura temporis, ſine exercitio laboris, & ſine dubio periculi, probabiliter poſſibilis euenire. Et alio modo etiam poteſt eſſe contractus vſurarius, qñ ſ. aliquis cogitur talia vendere ante tempus congruum, ea neceſſitate, propter quam emptor fraterna charitate tenetur venditori mutuum dare ſi voluerit. Sed ſi attenditur natura contractus ſecundum ſe, non pro dilatione temporis plus accipitur ab emente, ſed pro natura, & vtilitate rei, facta, vel ducta ex natura temporis. 22^{æ}.q.118.8.4^{m}./ Opuſc.73.c^{o} 10.

306 Dare decem modios in hieme, vt recipiat quindecim in meſſe æquiualentes, habita ratione pecuniæ, non eſt vſura.3.diſtin.37.L.ſi.

307 De his autem, quæ committuntur bonæ fidei aliorum ad lucrum, mihi videtur dicendum, ꝙ aut commiſſio ſit pecuniæ, vel alterius rei, ita ꝙ transfertur in toto, vel in parte rei commiſſæ in poteſtatem eius, cui committitur, aut ita ſit commiſſio, ꝙ non tranſeat dominium, ſed remanet tota res commiſſa in dominio committentis. Primo modo eſt vitium vſuræ, eo quod ſperat lucrũ iam de re non ſua, quia iam erat tranſlata per commiſſionem in dominium alterius. Et in hoc commiſſio aſſimilatur mutuo. Sed ſecundo modo poteſt ſperari lucrum ſine vitio vſuræ, quia tunc commiſſa eſt pecunia, vel res alia, ſicut ſeruo, vel miniſtro, qui de re domini negociatur ad vtilitatem domini ſui. Et ideo committens poteſt ſperare lucrum, ſicut ex re ſua. Et ſic lucrum non accidit ſorti, nec poſſidetur ſine iuſto titulo, quia ſicut rei propriæ partum recipit, non tñ partum numiſmatis ex numiſmate immediate, ſed partum ipſarũ rerum, quæ per numiſmata ſua ſunt acquiſitæ iuſta commutatione. 22^{æ}.q.78.a.5^{m}./ Opuſc.73.c^{o} 11. Commiſſio.

308 In toto, vel in parte ideo dictum eſt, quia ſi aliquis committit centum alicui, ita ꝙ medietatem ei mutuet, & aliam medietatem ſuo retineat dominio, ita tñ, ꝙ de illis centum debeat negociari ad lucrum ille cui committitur, dico, ꝙ hoc lucrũ iam habet vitium vſuræ propter hoc, ꝙ non tantũ ex re commiſſa ſperatur lucrum, ſed etiam pariter ex re mutuata, & commiſſa. 22^{æ}.q.78.a.1^{m}./ 5^{m}./ Opuſc.73.c^{o} 11.

309 Et ſicut in logica loquutio falſa iudicatur propter falſi ſubiectionem, licet veritatem directe ſignificet, ſicut ſi dicatur, homo volans eſt animal, ita in moralibus actio vitioſa iudicatur, quando vitio permiſcetur, vt eſt in propoſito caſu vſuræ. Opuſc.73.c^{o} 11.

310 Dare autem pecuniam mercatori, vel artifici per modum ſocietatis, cum pacto, vel ſpe lucri, ita quod cum periculo ipſius committentis mercator de ea negociatur, vel artifex operatur, licitum eſt, non autem in mutuo. 22^{æ}.q.78.a.5^{m}./ Opuſcu.73.cap^{o} 11.

311 Dans vero pecuniam vſurario, vt vſuras exerceat, vel vt copioſius exerceat, peccat, non autem ſi det pecuniam, vt tutius ſeruetur. 22^{æ}.quæſtione 78.4.3^{m}./ Malo, quæſtio.13.4. 18^{m} / 19^{m}.

312 Si quis autem pecuniam alicui nauiganti commiſerit mutuo propter ſpem alicuius lucri, licet periculum etiam ſortis ſuper ſe receperit, nihilominus iudicatur vſurarius, etiam ſi totum amiſerit, ſecundum decretalem. Opuſc.73.c^{o} 6.prin^{o}./ 14.prin^{o}.

313 Quòd liceat alicui mercatori committere pecuniam, nam alteri eunti ad nundinas ad lucrum, ſine vitio vſuræ, poteſt intelligi dupliciter, ſcilicet quia aut eſt ſimpliciter commiſſio, quæ ſit propriæ rei bonæ ſidei alterius. Et ſic non incideret vſuræ vitium. Aut eſt commiſſio ſecundum quid, ſed eſt ſimpliciter tranſlatio, ſicut eſt in mutuo. Commiſſionem vero ſecundum quid dico, in qua totum committens non retinet periculum ſuper ſe rei commiſſæ. Et hoc modo propter rationem tranſlationis, quæ debuit fieri gratia ſine ſpe lucri, incidit uitium vſuræ. Et in hoc caſu loquitur decretalis. Opuſcu.73.c^{o} 14.prin^{o}.

314 Date pecuniam aliquam determinatam mutuo aliis mercatoribus tali pacto, quòd ſimilem, & æqualem in numero, & pondere perſoluerent creditoribus illorum, a quibus acciperunt in nundinis aliquibus determinatis ſecundum locum, & tempus, (verbi gratia, Balduinus a Gualtero accipit centum libras ſterlingorum mutuo in Francia, in menſe Auguſti, ita quòd centum libras ſterlingorum ſoluet Balduinus pro Gualtero in Ianuario ſequenti, in quibus tenebatur Gualterus ſuis creditoribus, vel ſi non creditoribus tenebatur ipſi mutuanti in tali loco, & in tali tempore) poteſt contingere tripliciter, ſcilicet quia aut mutuans, tempore tranſlationis æſtimat dictam monetam plus valituram in loco, vel in tempore, quibus eſt perſoluenda: verbi gratia, Sterlingi plus valent in Anglia, quàm in Francia,

&

Et tunc nihil eſt ibi culpabile. Aut timet probabiliter minorationem pretij. Et tunc dicendum, quòd mutuans committit vſuram, quia lucrum ſperat ex mutuo. Aut mutuans, nihil lucri in mutuando intendit, ſiue ex tempore, ſiue ex loco, ſed tantum ob fauorem & gratiam proximi hoc mutuat. Et tunc nihil culpabile ex hoc incurrit. Opuſc.73.c° 14.

215 Aliquis habens pecuniam aliquam ſpecialem, quam timet in tempore futuro minorandam in ſuo pretio, ſecundum ſtatuta legis poſitiuæ, & propter hoc, huiuſmodi pecuniam dat mutuo, ſibi reddendam in æquali pretio quod erat tempore mutui, reſpectu pecuniæ terræ, cõmunis æſtimationis, cum huiuſmodi mutuum uideatur factum ſpe lucri, ao fit in eo vitium vſuræ. Opuſc.73.c° 14.

216 Vel aliquis habens ſterlingos, ualentes quatuor turonenſes, timet ne in futuro tempore, per auctoritatem legis poſitiuæ tantum ſint ualituri tres turonenſes, propter quam cauſam, dat mutuo ſterlingos, & poſt diminutionem pretij ipſorum, non tot penitus vult recipere ſterlingos in numero & pondere, quot dederat mutuo, ſed ſecundum pretium in turonibus, cuius pretij erant tempore mutui, ao in tali mutuo fit uitium uſuræ. Opuſc.73 c° 14.

217 Ad hæc dicendum, quòd in huiuſmodi, aliud eſt uitare damnum, & aliud eſt ſperare lucrum, quia primum licet, non autem ſecundum. Opuſc.73.c° 14.

Animalia. 218 Quando autem res fructuoſæ ad lucrum committuntur, ut ſunt agri, animalia, & orti, patet ueritas ex prædicto caſu vſuræ, quando res transfertur, & committitur uel in toto uel in parte. Opuſc.73.c° 11.

219 In his tamen rebus commiſſis ad lucrum, magis & minus liquet iuſtitia permutatiua, quia quando ager, uel terræ cõmittuntur excolendæ ad lucrum, ſatis apparet iuſtitia, eo ꝙ non transfertur dominium, & nihil ultra percipitur de fructu propriæ rei. In animalibus vero, ut quando oues, uel bonus, uel porci, committuntur nutriendi propter lucrum, non ita liquet iuſtitia, quia aliquando ſolet in huiuſmodi commiſſionibus, fraus uſuraria commiſceri, ut quando excluditur periculum principalis commiſſi a committente. Opuſ.73.c° 11.

220 Aliquis dat centum oues, ad nutriendũ ad lucrum, ita tamẽ quòd centum oues ſibi ſemper ſaluæ maneant, quicquid cõtingat, in hoc caſu poteſt incidere fraus vſuræ, & hoc quando vltra iuſtam æſtimationem, taxat ipſe committens, ſibi portionem lucri, propter quam non recompenſatur labor & ſollicitudo nutrientis, ſecundum iuſtam æſtimationem. Opuſcu.71.c° 11.

221 Solet etiam & alia fraus in talibus fieri, ſcilicet quando diues alicui pauperi mutuat centum libras, vt ex eis oues vel boues nutriendos emat, ad lucrum illius qui mutuum dedit, & ad lucrum illius alumni. Dico ibi fraudem vſuræ permiſtam eſſe, eo quòd iam radix huiuſmodi lucri, ex mutuo oritur. Et ideo vitio vſuræ inculpatur huiuſmodi commiſſio. Opuſ.73.c° 11.

222 Tunc ergo huiuſmodi commiſſiones, licet fieri poſſunt & ſine vitio vſuræ, quando mutuum vel ſimilitudo mutui, non permiſcetur in talibus, ſed dominium retinetur, cũ periculo quod communiter accidere poteſt, vel quando etiam dominium rei commiſſæ communicatur ei qui eam ſuſcipit ad nutriendum ad lucrum, & ſimiliter periculum communicatur vtrique, & quando ſecundum iuſtam æſtimationem taxatur lucrum, per quod iuſte recompenſatur labor & ſollicitudo alumni. Opuſ.73.c° 11.fi.

223 Quædam in conſuetudinem deducta, habentur pro iuſtis legibus, quæ magis deberent dici corruptelæ permiſſæ, quã conſuetudines approbatæ. Et hoc videmus in hac materia vſurarum, ſecundum regiones & ciuitates diuerſas, quantũ ad pupillorum & orphanorum tutelam. Vnde dico, quòd non poſſunt pupilli, quando ſciunt veritatem, retinere ſuperabundantias ſuarum rerum per vſuram acquiſitas. 12ª.q.108 3.2ᵐ./ Opuſ.73.c° 12.prin°.

224 Diſtinguendũ eſt tñ primo, de cauſa & origine hmõi ſuperabũdãciæ. ſ. quia aut acquirũt p fructus ipſarum rerum quæ ſunt pupillorũ, vt ſunt agri, animalia & hmõi aut p ſolã trãſlationẽ rerum, & pp ipſam tranſlationem. Et quia pecunia, ſola trãſlationis cauſa inſtituta eſt, ut dicit philoſophus, ideo huiuſmodi cauſa ꝓcipue apparet in vſus pecuniæ, cuius vſus eſt in tranſlationem rerum, fructum habentium. Et ſic ibi aliquando eſt vitium vſuræ, & aliquando non. Opo.73.c.12.

225 Si enim primo modo aliquæ ſuperabundantiæ acquirantur pupillis, nullum de ſe habent vitium vſuræ, tum quia in hoc inuenitur lucrum ex mutuo ſperatum vel acceptum, tũ quia nihil accidit ſorti, eo quod fructus, ex talibus rebus partus, naturaliter ipſas res comitatur, & eſt de natura ſortis, & non accidit ſorti. Opuſ.73.c° 12.

226 Secundo autem modo adhuc diſtinguendum eſt, quia ſuperabundantia huiuſmodi, quæ eſt ex tranſlatione rerum, vel pecuniæ, aut datur vel oritur pupillis, vt lucrum, ex retentione rerum ſuarum ortum habens. Et hoc modo eſt ibi vitiũ vſuræ, & non licet eis lucrum retinere, quia detentio rerum non paris rationem alicuius lucri, inquantum detinentur, niſi ſecundum ꝙ vtilitatem habent, & fructum afferunt. Aut non datur huiuſmodi ſuperabundantia vt lucrum, ſed vt gratia, vel donum. Et tũc licet retinere eis. Et per iſtam rationem excuſat conſuetudo vſurarium vitium in multis ciuitatibus. Et huius ſignum, ꝙ gratis fit datum, accipitur ex eo, ꝙ præter voluntatem pupillorum determinant ſibi ſuperabundantiam, quam dant eis, & quod nunquam repetunt, nec repetũ faciunt a pupillis aliquid. Opuſ.73.c° 12.fi.

227 Ex his liquet, quod ſi tutores pupillorum ſcienter pecuniam pupillorum dederint ad vſuram per ſe, vel per alios, quòd huiuſmodi ſuperabundantia rei eſt aliena, & iniuſte poſſidetur etiam a pupillis quandocunque ſciuerint, quia ſi pupilli nolunt reſtituere, tutores ad id faciendum compellendi ſunt, Opuſc.73.c° 12.fi.

228 Vſurarius tenetur reſtituere quicquid accepit de vſuris, & fructus, & intereſſe, non autem quæ lucratus eſt cũ eis etiam emendo poſſeſſiones. 22ª.quæſt.78.3.o./ Quolib.3. q.7.2.o./ Opuſc.67.o. Reſtitutio.

229 Quia autem ad reſtitutionem vſurarum lex diuina, lex naturæ, & iura obligent, ſatis liquet ex præmiſſis, & ex natura ipſarum vſurarum. Quia enim ſuperabundantia vſurarum, nullo iuſto titulo poſſidetur, ideo iuſte retineri non poteſt, & iniuſte poſſidetur. Opuſc.73.c° 15.prin°. *Decimæ 26.

230 Quid iniuſte poſſidetur, alienum eſt, & alicui alteri proprium eſſe debet, ſecundum Auguſtinum. Quare cum omnis ſuperabundantia vſurarum, ſit tanquam res aliena ipſi vſurario iniuſte poſſidenti, ſequitur, quod ſit propria alterius, qui ipſa deſtitutus eſt. Sed hoc eſt iuſtum ſecundum omnia iura, quòd omnis res deſtituta contra iuſtitiam reſtituatur. Reſtitutio enim ſemper reſpicit deſtitutionem. Quare ſecundũ omnem iuſtitiam naturalem vſuræ reſtituendæ ſunt. Opuſc.73.c° 15. princ°.

231 Lex diuina iubet reſtitutionem vſurarũ fieri, ſicut & rapinarum. Et voco legem diuinam, quæ in canone ſacræ ſcripturæ, & in decretis ſanctorum patrum, & concilijs continetur, quia ius diuinum eſt, quod diuinitus promulgatur. 22ª.q.57.2.art.3./ 3ᵐ./ Opuſc.73 c° 5./ 25.princ°.
*Eleemoſyna 1.14. Oblatio 8,

232 Lex vero humana vſuras non iudicat res alienas. Opuſc.73. cap° 5.

233 Quantum eſt ex lege diuina, debet cõpelli fœnerator ad eandem in numero reſtitutionem, ſi manet ipſa res in poteſtate fœneratoris eadem, niſi per aſſenſum repetentis liberetur. Alias tenetur pro ipſa valorem reſtituere. Opuſc.73.c° 5,

234 Si res non manet in poteſtate fœneratoris eadem, ſed cõſumpta eſt, vel tranſlata in alterius dominium, qui eſt veræ fidei poſſeſſor, tunc compelli debet fœnerator ad reſtitutionem æquiualentis. Opuſc.73.c° 5./ c° 2.

235 Verum quia lege diuina vſura iudicatur res aliena, debet eadem lege iudicari nõ poſſe per fœneratorem iuſte transferri in alium ſine conſenſu domini veri. Opuſc.73.c° 5,

236 Quia res per vſurã acquiſitæ corrumpunt dominium iuſtum tantum in perſona acquirente, & detinente, non autem proprie corrumpunt bonũ ciuile humanum, ideſt pacem, quia nõ contra voluntatem dantis ſimpliciter, ſunt acceptæ, ideo ſufficit iudici, qui ſecundum legem Dei iudicat, ꝙ fœnerator tantum ſatisfaciat quantum ad Deum. ſ. vt tantum reſtituat quantum accepit contra legem Dei. Opuſc.73.c° 5.

237 Quia res accepta per vſurã non eſt facieus iniuſtum ex parte dantis in lege humana, ſed neque etiam in lege Dei, niſi per rationem ſolam ex parte fœneratoris, ideo eandem rem non compellit iudex per legem aliquam reſtituere, nec eſt neceſſe propter cauſam dictam. Opuſc.21.prin°. Opuſ.73.c° 5 fi.

238 Si aliquis accepit equum, vel pecuniam, vel rem aliam quamcunque in vſuram ab alio, non tenetur eandem rem numero reſtituere ſecundum leges, ſed tantum ſufficit, ſi valorem rei reſtituat, ſicut ſi fœnerator equum acceptum in vſuram, vendiderit alteri, vel dederit, conſtat per leges, quod transfertur dominium, & ꝙ nõ competit repetitio eiuſdem equi ſui, qui fœneratori equum dederat pro vſura. Opuſ.73.c° 5.

239 Si quis alicui aliquã pecuniam dederit mutuo. ſ. cẽtum libras ad decẽ annos, ita ꝙ ſi infra hoc tempus mortuus fuerit alter ipſorum, liberatus ſit a debito, & a mutuo, qui ipſum acceperit, ſi vero ſuperuixerint ambo, dabit poſt decem annos, qui mutuum accepit ducentas quinquaginta libras, ei qui mutuũ dederat, non excuſatur propter dubium, & periculum ab vſura, ſecundum decretalem. Opuſc.73.c° 6 prin°.

Cui. 240 Vſuræ non ſolum ſunt reſtituendæ, ſed etiam illi ſoli aliqua res eſt reſtituenda, qui ipſa re vel æquivalenti deſtitutus iniuſte. Sicut enim reſtitutio facienda non eſt, niſi eius rei quæ iniuſte poſſeſſa eſt, ſic nec alicui vel aliquibus reſtituenda eſt, niſi illi vel illis, qui ea iniuſte deſtituti ſunt. Opuſc. 73. c° 16. prin°.

241 Ex hoc concluditur primo, quod illis ſolis facienda eſt reſtitutio vſurarum, qui iuſte illarum rerum domini erant quæ reſtituendæ ſunt ante deſtitutionem iniuſtam. Opuſ. 73. c° 16.

242 Vlterius concluditur, quod defunctis illis qui expoliati fuerant, iam reſtitutio vſurarum facienda eſt eorum filijs & ſucceſſoribus, qui iuſte ſuccedunt bonis defuncti expoliati. Opuſc. 73. c° 16.

243 Si forte defunctus legauit omnia bona ſua pauperibus, vel eccleſijs, vel perſonis alijs, tunc ſicut per virtutem teſtamenti acquiritur ius in bonis præſentibus & paratis ipſius defuncti pauperibus, vel alijs quibus legata ſunt, ſic & eis eſt ius acquiſitum in his quæ iure debentur ei quocunque iure. Et ideo in hoc caſu, ab executoribus illius defuncti, ſiue illis locis, vel perſonis, quibus omnia bona ſua legauit, debet fieri vſurarum reſtitutio, quæ ſibi viuenti facienda erat. Opuſ. 73. c° 16.

244 Quia ſi forte ignorentur ſucceſſores, & veriſimiliter quibus facienda ſit vſurarum reſtitutio neſcitur, vel forte noſcuntur eſſe in locis, & regionibus longinquis & ſine ſpe reuerſionis, & ſine facultate mittendi vel accedendi ad eos, tunc in primo caſu, eccleſiæ conſilium & auctoritas requiri debent, quia iam ratione iuris diuini, pertinet reſtitutio quæ debebatur homini qui erat membrum, & filius eccleſiæ, ad ipſam eccleſiam. Vnicuique vero, ſue eccleſia dicitur ſuus epiſcopus Opu. 73. c° 16.

*Reſtitutio 23.

245 In ſecundo caſu, etiam facienda eſt de conſilio eccleſiæ, hoc tamen ſuperaddito, quod debet executor eidem eccleſiæ promittere, reſtitutionem vſurarum faciendam, ſi neceſſe fuerit aliquando in futuro tempore, per inopinatam reuerſionem ipſorum quibus de iure erat facienda. Opuſ. 73. c° 16.

246 Quia ſi a ſeruo vel ancilla, vel a filio vel a filia, ſiue a raptore vel fure, ſiue ab alio vſurario, ſiue chriſtiano vel iudæo, acceptæ fuerint vſuræ talium bonorum, de quibus conſtat ei qui vult reſtituere, quod non erant veri domini illarum rerum, tunc reſtitutio talium non eſt facienda eis a quibus acceptæ ſunt, ſed ipſis veris dominis, & ſucceſſoribus eorum ſi haberi poſſunt. Opuſ. 73 c° 16. ſ.

247. Debet tamen fieri huiuſmodi reſtitutio vſurarum caute, ne cum ſcandalo fiat perſonarum prædictarum. 2 2[æ]. q. 62. 6. 3[m] / Opuſc 73. c° 16. ſ.

248 Si autem credatur probabiliter, quod prædicti, ſcilicet filius de conſcientia patris, & ſeruus de voluntate domini ſui, & monachus etiam de voluntate abbatis ſui, & raptor, & vſurarius, de bonis iuſte poſſeſſis hæc fecerunt, tunc etiam pot[eſt] fieri reſtitutio vſurarum ipſis perſonis iniuriatis. Et ſimiliter dicendum eſt de vxore, viuente marito. Op. 73. c° 16 ſ.

Quam rem. 249 Quia autem dominus omnis, qui rem ab alio iniuſte deſtitutam detinet aliquando, tam in vſuris quam in alijs, ipſam rem vel æquivalentem reſtituere teneatur, manifeſtum eſt ex vi eque iure, tam diuino quam naturali. Opuſc. 73. c°. 17. prin°.

250 Primo quia non dimittitur peccatum iure diuino, niſi reſtituatur ablatum, ſi reſtitui poſſit. Ergo ab eo cui peccatum huiuſmodi vſuræ imputatur, debet fieri ablati reſtitutio. Sed non imputatur peccatum vſuræ niſi ei qui abſtulit, vel detinet rem alterius, quæ non eſt ſua aliquo iuſto titulo. Ergo ab illo facienda eſt reſtitutio. Opuſc. 73. c° 17.

251 Ex præcepto etiam iuris naturalis habemus, quod quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos illis eadem facite. Sed iuſta voluntate vult ſpoliatus re propria per vſuram, vt ſpoliator ei reſtituat. Quare ſimiliter ſpoliator debet iuſte reſtituere ſpoliato. 1 2[æ]. q. 99. 2. 3[m]. / 4. d. 33. q. 1. 1. 7[m] / Opuſcu. 73. c° 17. prin°.

Quis. 252 Quis etiam poſſit dici ſpoliator rei alienæ, ſiue detentor in materia vſuræ, ita quod teneatur ad reſtitutionem, in quibuſdam caſibus non eſt ita clarum. Opuſ. 73. c° 17. prin°.

253 Primo vxor vſurarij tenetur ad reſtitutionem pro marito vſurario defuncto, ſecundum quod ad eam bona male acquiſita deuoluta ſunt, vel quantum ipſa, viuente marito, talibus bonis vſa eſt, quæ cedunt in vſum vitæ ſuæ, in domo mariti. Opuſc. 73. c° 17.

254 Quia ſi nihil de talibus bonis ad eam deuoluitur, vel ſi forte de bonis, quæ in matrimonio attulerat, fructus erant ſufficientes ipſius neceſſitatibus, & pro omnibus quæ expendit in vita mariti, tunc non tenetur ad reſtitutionem aliquam faciendam, niſi fuerit vſa rebus mariti ipſo viuente, in ſpe recompenſandi in aliquo futuro tempore, quando ſperabat ſe probabiliter facultatem habituram, quamquam tunc non haberet, quando rebus talibus mariti vtebatur, vel niſi aliquid alienum poſt mortem mariti ſibi retinuit. Nihil autem eſt reſtituendum, niſi alienum. Opuſc. 73. c° 17.

255 Vxor etiam non poteſt licite reſtituere vſuras, nolente marito, & adhuc viuente, cum vxor non ſit domina rerum, ſed tantum vir. Eſt tamen ad generationem coniuncta viro in adiutorium, & in vſum rerum. Quare ſicut non poteſt alienare res viri, ipſo non volente ita nec aliena viri, poteſt reſtituere ipſo nolente. 1[a]. q. 92. 1. c. prin°. / q. 98. 2. b 2. / Opu. 73. c° 17.

256 Sicut in adiutorium vxor eſt viro data ad generationem, ita & ad rerum conſeruationem, & multiplicationem honeſtam & vtilem, & ſuper hoc, etiam ad ſalutis promotionem ſecundum Apoſtolum. Quare ſicut de rebus proprijs viri vſurarij, poteſt facere eleemoſynas moderatas, viro ignorante & non prohibente, quia ſic agit cauſam viri, & id ad quod tenetur, ad ſalutem ſuam promouendam, & etiam ad bonorum ſuorum conſeruationem & multiplicationem, ſic puto ſine præiudicio, quod poſſit facere reſtitutiones de rebus alienis, viro ignorante & non prohibente, quia ſic agit cauſam viri. Opuſc. 73. c° 17.

257 Quod ſi viro ſciente, ſed diſſimulante fecerit, tanto ſecurius agere poteſt, quia iam eſt argumentum, quod vir approbat, ex quo non reprobat. Opuſ. 73. c° 17.

258 Si vero prohibente, vel prius aut poſtmodum puniente, ita mulier fecerit, vel facere voluerit, iam non licet ei, quia ſicut res ſunt ſub poteſtate viri, ita & vxor. Quare oportet eam ſic ſubditam viro obedire per omnia ſecundum Apoſtolum etſi non in faciendo malum, tamen obedire debet in omittendo bonum, quia non eſt neceſſarium ad propriam ſalutem. Vnde ſi vxor non faciat quod ſibi videtur bonum, non imputatur ei ad peccatum, ſed ei qui hoc ei prohibet. Opu. 73. c. 17.

259 Sicut autem ſocij furum, & hi qui dicuntur currere cum fure, furti iudicio condemnantur in ſacra ſcriptura, ita filij & filiæ, & ſerui, & mercenarij vſurariorum, inquantum agunt aliquid ad vitium vſuræ perpetrandæ, vel vt motores, vel vt auctores, vel vt participes lucri, vel vt fautores & defenſores talium, vſuræ vitio condemnandi ſunt. Et ſicut non ſatisfit Deo de iniuria ſibi illata, niſi per pœnitentiam, ita nec proximo de re ſua iniuſte ſpoliato, niſi per iuſtam reſtitutionem. Quia nullus debet obedire alicui, ad communicandum in in facto illicito. 2 2[æ], quæſtione 100. 6. 2[m]. Opuſculo 73. cap° 17.

260 Vnicuique vero ſecundum gradum ſui delicti, competit reſtitutio ablati. Verbi gratia. Alius peccat in hoc vitio vſuræ, tantum vt motor, quare & ipſe tenetur mouere actorem, ad faciendam reſtitutionem. Qui ſi non ſufficit ad hoc inducendum, debet inuocare ſuperioris auxilium. Quod ſi non ſufficit, vel forte motor negligit hoc facere, puto ſine præiudicio, quod in hoc caſu tenetur is qui promotor fuit per ipſius motionem, ad reſtitutionem ablatorum. Et ſi fuit actor, vel vt principalis, vel vt adiutor, vterque tenetur ad reſtitutionem ablatorum in ſolidum, ita tamen quod altero reſtituente, alter abſolutus eſt, quantum ad iuſtitiam proximi. Opuſ. 73. c° 17. / c° 20.

261 Si vero vt particeps fuit tantum lucri, aut fuit ſcienter, aut ignoranter. Si ſcienter, tunc iterum poteſt fieri iuſte dupliciter, ſcilicet aut pro neceſſitate corporali, id eſt, quando alias comode non poteſt inuenire remedium vitæ, ſicut accidit pauperibus mendicantibus. Et ſic aliquando etiam per hoc poſſent excuſari filij, & filiæ, in domo parentum vſurariorum, qui aliàs nequeunt victum ſibi neceſſarium inuenire. Et ſimiliter vxor eadem neceſſitate poteſt excuſari. 2 2[æ]. q. 32. 7. 3[m]. / Opuſc. 73. c° 17.

262 Aut hoc fit pro vtilitate ſpirituali, ſicut & dominus cum publicanis manducabat pro conuerſione ipſorum. Et hoc fit iterum iuſte. Opuſ. 73. c° 17.

263 Et primo modo, ſcilicet pro neceſſitate corporali, artifices & laborantes, & ſeruientes, poſſunt iuſte aliquando percipere de bonis vſurariorum, quæ acquirunt ab vſurarijs, quia quantum accipiunt ab vſurarijs, tantundem reddunt ipſis, per recompenſationem operis, vel laboris, vel artificij, ita quod per hoc non ſunt vſurarij impotentes effecti, ad reſtitutionem faciendam. Opuſ. 73. c° 17.

264 Huiuſmodi tamen artifices, ſi credant vſurarios nihil habere de bonis proprijs, & eadem facilitate poſſunt ab alijs lucrari, peccat, ſcienter vſurarijs communicando opere ſua, pro lucro quod ſciunt eſſe rem alienam, & maxime propter ſcandalum. Opuſ. 73. c° 17.

265 Sed ſecundo modo, etiam poſſunt participare filij, & filiæ & vxor, in ſpe recompenſandi in aliquo futuro tempore, quando ſperant ſe probabiliter facultatem habituros, quamquam tunc non habent,

VS

beant, quando participant. Opuſ. 73. c° 17.

266 Quicumque vero participes fuerint ſcienter, extra aliquam trium cauſarum dictarum, ſiue etiam ignoranter, & aliquando huius notitiam habuerint, tales ad reſtitutionem tenentur pro parte illa, in qua participes exiſtunt rei alienæ. Opuſcu. 73. c° 17.

267 De accipientibus eleemoſynas, & oblationes, & munera ab vſurarijs, dicendum, quòd tales qui ab eis recipiunt, aut ſciũt eos eſſe vſurarios, aut neſciunt, nec tunc quando accipiunt, nec poſt. Et ſic ſi neſciunt, non peccant accipiendo, nec tenẽtur ad reſtitutionem. Opuſ. 73. c° 17. *Prædicare 8.

268 Si vero ſciuerint uel tunc uel poſt, aut neceſſitate compellũtur ad accipiendum, aut non. Si neceſſitate non peccant, nec tenentur ad reſtitutionem. Opuſc. 73. c° 17.

269 Si vero neceſſitas non fuerit, adhuc aut ſunt vſurarij notorij, aut non notorij. Si notorij, tunc omnis accipiẽs ab eis peccat, propter ſcandalum, & quia ipſo iure ſunt excommunicati. Et ideo ſemper reſtituendum eſt, ſed non eis ſemper. Opuſc. 73. c° 17.

270 Si uero non ſunt notorij, aut ergo aliquid creduntur habere de bono proprio præter uſuras, aut nihil. Si nihil, tunc reſtitutio facienda eſt ab his qui aliquid acceperunt. Si vero aliquid, tunc & accipi poſſunt ſine peccato ab eis munera & huiuſmodi, & ad reſtitutionẽ nõ obligatur. Opuſc. 73. c° 17.

271 Ille ſolus tenetur ad reſtitutionem, qui accipit vel detinet rem alienam iniuſte. Vnde & vſurarius qui ſola ſpe lucri dat mutuum, & nihil vltra accipit, licet ſperauerit, etſi ſit reus vitio vſuræ, tamen non tenetur ad aliquam reſtitutionem. Opuſ. 73. c° 17.

272 Fautores & defenſores, qui fouent vſurarios & defendunt in exercitio fœnerandi, ſicut aliquæ ciuitates, & aliqui principes fouent & defendunt huiuſmodi, qui dicuntur Caurſini, qui alias non auderent exercere huiuſmodi actum fœnerandi, tales fautores & defenſores vſurariorum inquantum huiuſmodi ſunt tantum, non tenentur ad reſtitutionẽ alicuius, niſi inquantum ſunt participes lucri, ſ. quia propter hoc ſunt fautores vel defenſores, vt ab vſurarijs aliquam portionem recipiant. Tamen in hoc etiam peccant contra Deum & quãtumcunq; vtilitatem religionis, vel ciuitatis intendant, quia fouent peccatores in peccatis ſuis 22ª. q. 78. 4. 3m. / Ma. q. 13. 4. 18m. / 19m. / Opuſ. 21. c° 1. 2. / Opuſc. 73. c° 18.

273 Nec eſt ſimile de illis quorum auctoritate circa vſurarios ſit aliquid, & ijs qui fouent & defendunt, & accipiũt vt actores, quia illi ſunt cauſa per ſe actus mali, illi vero non ſunt cauſa ipſius actus mali, ſed accidentium ipſi actui ad eius conſeruationẽ, & fructũ ampliorẽ. 22ª. q. 78. 4. o. / 3. diſt. 37. 6. 6m. / Ma. q. 13. 4. 17m. / 19m. / Opuſc. 67. q. 5. ſi. / Opuſc. 73. c° 17.

274 Aliud neceſſarium eſt loquendo de neceſſitate reſtitutionis vſurarij, & aliud loquendo de perfectione ipſius reſtitutionis. Ad neceſſitatem. n. ſatisfactionis, duo ſufficiunt. Vnum quantum ad Deum. ſ. humilitas veræ pœnitentiæ contra contẽptũ Dei, & aliud quo ad proximum. ſ. reſtitutio plena ablati iniuſte, contra iniuriam proximi. Opuſ. 73. c° 18. prin°.

275 Sed de perfectione ſatisfactionis vltima, exiguntur ſigna. ſ. teſtimonia prædictorum, in quibus eſt meritum perfectæ humilitatis quantum ad Deum, & reſtitutio famæ perſonalis contra ſcandalum ex peccato innatum quantum ad eccleſiã. Et quantum ad hoc, etiam vſurario notorio, non tantum hoc eſt perfectionis, ſed etiam neceſſitatis, ſaltem publicę. & in manu eccleſiæ reſtitutiones faciendas promittere & firmare, quia alias priuaretur de iure ſacramentis, & chriſtiana ſepultura. Opuſ. 73. c° 18.

Quo ordine. 276 Conſuetudo fere in omnibus apud nos habet, quòd prius perſoluuntur debita quæ clara ſunt, & poſtea fiunt vſurarum reſtitutiones, & vltimo legata ſoluantur. Et huius conſuetudinis poteſt eſſe ratio, quoniam legata ſunt ſecundum quid donata, & non ſimpliciter donata. Ratio enim legati, duo importat. ſ. quòd nõ eſt res data ſimpliciter, niſi per mortem legatoris, vnde ſemper viuente legatore, poteſt reuocari & quòd ſiũt legata propter vtilitatem aliquam legantis poſt mortẽ. Et ex ijs poteſt patere, quòd legata inquãtum huiuſmodi ſunt, non obligant ſecundum neceſſitatem iuſtitiæ, ſed ſecũdum deuotionem & vtilitatem legantis. Opuſ. 73. c° 18.

277 Cum autem neceſſaria ad ſalutem, præcedant ea quæ ſunt deuotionis & ſupererogationis, iuſte ſoluuntur debita vſurarij ante legata. Opuſ. 73. c° 18. *Reſtitutio 8.

278 Sed maiori iuſtitia reſtituenda ſunt ablata, quàm debita ſint ſoluenda, cum in hoc impleatur iuſtitia, tollens iniuriam factam Deo a proximo. Sed in ſolutione debitorum nulla tollitur iniuria, ſed tantum ſoluitur iuſtitiæ. Quare ſecundũ hoc videntur prius reſtituenda ablata, quàm ſoluenda debita. Reſtitutio enim præfertur etiam ſubuentioni parentum, niſi in extrema neceſſitate. 22ª. q. 31. 3. 3m. / q. 32. 7. 3m. / q. 62. 5. 2m. / Opuſ. 73. c° 18. Reſtitutio 8.

279 Sed contrarium ſit vt in pluribus. Quod tamen poteſt habere rationẽ ex duobus. ſ. vno modo quando debita ſunt clara, & manifeſta, ſed reſtitutiones non ſic, ſed inquiſitæ ſunt, & clarũ ſemper præcedit obſcurũ, in iure humano. Alio mõ quando res quæ debetur, eſt determinata ſ. centũ vel decem, ſed res reſtituenda nõ ſic. Sed terminatum iure præcedit indeterminatum, inquantum huiuſmodi. Opuſ. 73. c° 18. Quid.

280 Quando reſtituenda ſunt clara & aperta, & determinata, per apertã confeſſionẽ reſtituentis vſuras, debet de iure reſtitutio præcedere oĩa debita, quod tamen raro obſeruatur, quia quod iuris eſt, a paucis aduertitur. Opuſ. 73. c° 8.

281 Et ſecundum dicta patet, quòd prius debet feſt [illegible] vſurarum fieri vni perſonæ quàm alteri, ſcilicet quando reſtitutio vnius eſt clara & determinata, & alterius non ſic, cęteris paribus. Opuſ. 73. c° 18.

282 Si vnus ſit diues, & alter pauper, & plus indigens ijs de quibus reſtitutio facienda eſt, & æqualiter ſit clarum in vtroq;, adhuc prius pauperi poteſt reſtitutio vſurarum tutte fieri quàm diuiti, eo quòd plus læſus eſt in ablatione ſuorũ, & quia plus indiget. 22ª. q. 31. 3. 3m. / q. 32. 7. 3m. / q. 62. 5. 2m. / Opuſ. 73. c° 18.

283 Tñ ſi vterque ſit æqualis conditionis. ſ. in paupertate vel diuitijs, & æqualiter cla ſi ſit de vtroque, ſi vni prius facta ſit iniuria quã alteri, adhuc illi prius eſt reſtituendũ ordine iuris naturalis, cui prius facta fuit iniuria. Opuſ. 73. c° 18.

284 Si per partes facienda eſt reſtitutio vſurarũ, vnicuique proportionabiliter reſtituendum eſt, ſm quantitatẽ ablati, vt quòd ſi tũ tertia pars eſt ablatorum, vel media, vel alia quælibet pars, cęteris paribus facienda eſt omnibus reſtitutio tertiæ partis omnium reſtituendorũ. Cuius ratio eſt, ut cũ ius oſtẽdatur bona voluntas reſtituendi oĩa, ſi adeſſet facultas, & ſic ſit promior quilibet ad condonãdũ iniuriã ſibi factã, quando videt voluntatẽ ad emendandum paratam. Opuſ. 73. c° 18.

285 De materia autem & quantitate reſtituendorum, an. ſ. ſi quis equũ vel bouẽ vel aliquã quãlibet rẽ acceperit per vſurã vltra ſortẽ, teneatur eandẽ rẽ reſtituere, aut ſufficiat precium rei reſtituere, dicendum eſt quòd aliter iudicãdũ eſt de furto & rapina, & aliter de vſura, quia in vſura aliqualiter transfertur dominium iure fori, licet nõ iure poli, ſed nullo modo in alijs. Vnde equus furto ablatus, in cuiuſcunque manũ tranſierit, ſemper eſt reſtituẽdus, etiam in iure fori. Sed non ſic equus per vſuram acceptus. Opuſ. 73. c° 19. prin°. Materia.

286 Aliter iudicandum eſt in vſura & furto, & dicendum quòd ſufficit, ſi fiat in vſura reſtitutio precij, cui° ratio eſt duplex. Opuſc. 73. c° 19.

287 Vna ratio eſt, quia quod accipitur in vſura vltra ſortẽ, nõ aufertur inuito, vel per violẽtiã aliquã illatã domino, ſicut eſt in furto uel rapina. Et ideo proprie in vſura, nõ dicitur ablatum, ſed potius acceptum contra iuſtitiam naturalem & diuinam de voluntate dantis. Sed quod ablatum eſt, idem numero reſtituendum eſt, etiam ſi melioratur. Opuſ. 73. c° 19.

288 Alia cauſa & ratio, eſt ex natura permutationis, in quia vltra ſortẽ accipitur, quæ eſt natura mutui. Sicut enim in mutuis non eſt neceſſe quòd idẽ numero reddatur, ſed ſiũ æquale in pretio, ita nec in ſuperabundantia accepta ratione mutui, eſt neceſſe idem reſtituere, ſed ſufficit æquiualens in pretio. Opuſc. 73. c° 19.

289 Quòd autem in lege ſcriptum eſt de duplo, quadruplo, & quintuplo, non habet locum in vſuris, ſed tantum in furtis uel rapinis, eo quòd huiuſmodi vſuræ, nõ deſtruunt bonum reipublicæ de ſua ratione, ſicut faciunt furta & rapinæ, ſed tantum corrumpunt bonum perſonale, ſiue fraternum bonum, & hoc non inferendo malum, ſed tantum non faciendo bene fratri debitũ. Et de ijs alias ſcripſimus in ſeptimo præcepto decalogi diffuſius. 22ª. q. 62. 3. 2m. / 4. d. 15. q. 1. ar. 5. q. 2. 6m. / Opuſ. 4. c° 24 ſi. / Opuſ. 73. c° 19.

290 Aliter iudicandum eſt de reſtitutionibus vſurarum, etiam quo ad prouentus, & omnia alia lucra ex ijs prouenientia, & aliter de reſtitutionibus furti & rapinæ. Illud enim eſt reſtituendum, quod nullo iure ſit ſuum, nec diuino, nec humano. Et ideo iniuria ſit non tantum apud Deum, retinere res ſic ablatas, & rerum fructus, & vſus, ſed etiam apud homines ſit iuſtum, tam iure fori communi, quam iure conſcientiæ perſonalis. Sed non ſic eſt in uſuria, quia licet ſint contra ius diuinum, & contra ius naturale naturæ ſpiritualis, quod reſpicit ſolum debitum gratiæ & charitatis, tamen non eſt directe contra ius humanum, quod reſpicit generaliter reipublicæ utilitatem & iuſtitiam. Et ideo quo ad hoc transferunt in eis dominium nec habent rationem ablatorum. Opuſ. 73. c° 20.

291 Cõſtat autem quod iura allegata quibus dicitur, quia quod ex alieno conuenit alicui, rationem de iure accipit alieni, vt

videntur iura expreſſa per decretalem, vbi videtur, quod oportet reddi res cum fructibus perceptis, & quæ percepiſſent ſpoliati, ſi ipſa poſſediſſent, & hoc etiam expreſſe habet lex per decretalem, vbi dicitur, quod raptor tenetur ad omnia lucra percepta, & percipienda: dicendum quod conſtat quòd talia iura allegata, de rebus per violentiam ablatis loquuntur, in quibus nulla radix iuſtæ poſſeſſionis inuenitur, ſed non loquuntur in vſuris triplici ratione. Opuſ. 73. c° 20.

292 Primo quia ſimpliciter ibi non eſt ratio ſpoliationis violentæ vel furtiuæ de qua loquuntur prædicta iura. Secundo quia in vſuris ipſa ſuperabundantia primo & per ſe eſt in pecunia, quæ non habet fructum, quantum eſt de natura ſua, eo quod cauſa tantum tranſlationis aliarum rerum facta eſt. Tertio etiam generaliter in ipſa reſtitutione facienda, tantum reſtituendum eſt damnum, quod illatum eſt. Sed tantũ non eſt illatum damnum vt in pluribus, quantum prouenit commodum furi, de re furtiuã & ſpoliata, eo quòd fur labore proprio & ſolertia, rem furtiuam multiplicauit, quod nõ feciſſet poſſeſſor verus. Opuſ. 73. c°. 20.

293 Hoc tamen eſt generaliter aduertendum, quòd in omni reſtitutione facienda, omnes fructus, & omnia lucra, ex eo quòd proueniunt ex re reſtituenda, ſecundum quod iniuſte poſſidentur huiuſmodi fructus & lucra, & ex eo quod proueniunt ex re male detenta ſecundum iuſtitiam diuinam, habent rationẽ alieni, ſecundum rationem beati Auguſtini. Quare ſecundũ Deum vſuræ vel huiuſmodi fructus retineri non poſſunt, niſi auctoritate diuina Opuſ. 73. c° 20.

294 Hoc ſolum reſtituendum eſt homini, in quo facta eſt ei iniuria de re ſua, ſiue in vſuris ſiue in alijs. Sunt autem quædã res, quæ de natura ſua habent in poſſidendo fructum, & vtilitatem, aut quia multiplicantur & augentur ex natura temporis, aut quia excoluntur ſolertia humani ingenij & laboris, vt terræ, & agri. Et huiuſmodi res reſtituendæ ſunt homini, cum ſuis prouentibus, quia in hoc homo cui facta eſt iniuria de re ſua ablata damnificatur, non ſolum quantum ad rei ſubſtantiam, ſed etiam quantum ad rei vſum, & fructum ex vſu prouenientem. Et ſic poſſunt & debent intelligi iura allegata, & non in vſuris. Opuſc. 73. c° 20.

295 Illi etiam ſemper facienda eſt reſtitutio, qui paſſus eſt iniuriam & damnum. Si ergo aliquis paſſus ſit iniuriam, & non damnum, illi non eſt facienda de iure reſtitutio realis, ſed tantummodo, ſecundum genus iniuriæ, facienda eſt emendatio per ſimilem ſatisfactionem. Vnde qui proximum verberat, in nullo eum damnificando, non tenetur ad aliquam reſtitutionem realem, quia omnis reſtitutio realis facienda alicui, commenſurari debet ſecundum quantitatem damni illati. Hinc eſt quòd lex Moyſi generaliter omnem furem cuiuſcumque rei quæ vſum habet & vtilitatem, condẽnabat ad reſtitutionem dupli, vnum ſcilicet propter rei ſubſtantiã & aliud propter rei ablatæ vſum, quod non contingit in vſura de ſe. Ex quo concluditur, quòd in omni reſtitutione facienda homini, debet conſiderari damnum, tam rei, quàm vſus qui ex ea prouenit ex natura rei. Opuſculo 73. capitulo 20.

296 Si ergo aliquod lucrum prouenit vſurario, vltra rem, & rei vſum naturalem, ex propria operatione & ſolertia eius, in quo non eſt alius damnificatus, dico ſine præiudicio, quod non tenetur reſtituere homini huiuſmodi lucrum. 2a2ᵉ, quæſtione 78. 3. o./ Quolibeto 3. quæſtione 7. 1. o./ Opuſc. 73. capitulo 20.

297 Si homo vſurarius centum marchas argenti habuit ex vſuris, ex quibus formauit imaginem, quam vendidit centum & decem marchas, credo ſine præiudicio, quòd illas decem marchas ſupercreſcentes, non tenetur reſtituere ei, a quo prædictas centum marchas habuit. Tamen non poteſt eas retinere ſecundum Deum, quia contra Deum de re aliena ſibi acquiſiuit. Et ideo ſola auctoritas eccleſiæ ad reſtituendum vel diſtribuendum requirenda eſt. Opuſc. 73. c° 19.

298 Si quis quamcumque rem furtiuam ſtatim vendat poſt furtum, aut conuertat in vſum proprium, ipſam ſtatim totam conſumendo, & non ſtatim reſtituat ſed poſt tempus velit eam reſtituere, an teneatur ad omnes fructus vſuum, quos percepiſſet verus dominus rei, in tempore illius moræ, quod videtur ſecundum iura allegata. Opuſ. 73. c° 20.

299 Aliquis furatus eſt pullum equinum, aut vitulum, quem verus dominus vſque ad annos perfectæ valuit cuſtodiuturus erat, ſed fur ſtatim vendidit, & liberauit ſe a furto, an fur teneatur reſtituere pulli valorem tantum, vel etiam equi valorem, quod videtur ſecundum iura allegata, & tenetur reſtituere lucra ſecundum legem, ergo multo magis damna illata. Opuſ. 73. c° 20.

300 De pecunia etiam ablata, aut etiam iniuſte poſſeſſa, quia poteſt contingere, quod ille a quo eſt ablata, ſiue iniuſte accepta, mercando ex ea euxiſſet eam, aut fortaſſe propter eius defectum, vendidit poſſeſſionem ſuam, & ex hoc damnum multum accepit, an detinens & accipiens huiuſmodi pecuniam ſine iuſto titulo, teneatur ad omnia lucra, quæ verus poſſeſſor ex ea feciſſet, ſiue ad omnia damna, quæ exinde accidunt vero domino ad plenam reſtitutionem. Opuſc. 73. cap°. 20.

301 Ad hæc dicimus ſine præiudicio, quòd ad reſtitutionem alicuius rei faciendam, duo principaliter conſideranda ſunt, ſcilicet valor rei quæ principaliter ablata eſt, vel accepta iniuſte, & damnum quod illatum eſt iniuriam paſſo. Propter primum dico, quòd eadem res quæ ablata fuerat, reſtituenda eſt aut æquiualens, & ſimilis in ſpecie & valore. Opuſcu. 73. cap° eo.

302 Sed quantum ad ſecundum, notandum eſt, quod aliquando dicitur damnũ illatum proprie & per ſe, & aliquando per accidens tantum & non per ſe. Et ſi ſit primo modo, tunc tenetur reus ad reſtitutionem damni cuiuſcumque ſit. Secundo modo, non tenetur ipſi paſſo damnum. Opuſ. 73. c° 20.

303 Si quis damnum paſſus pro pecunia ſibi ablata, in hoc quòd ex ea volebat emere neceſſaria ſibi ad vitam, ſiue ſoluere empta, ſiue debita, pro cuius expoliatione, incurrit damnũ, quia propter eius defectum, oportuit eum vendere poſſeſſiones ſuas ſibi vtiles, aut accipere pecuniam mutuo ad vſuram, aut ſi aliud incommodum incurriſſet, dico quod huiuſmodi damnum, per ſe incidit ex furto uel rapina. Et ideo reſtituendum eſt ipſi qui paſſus eſt. Opuſ. 73. c° 20.

304 Poteſt autem incidere ibi damnum per accidens, quando ſcilicet ex pecunia ablata, lucrum quod intendebat, non acquiſiuit, & nullum aliud paſſus eſt damnum. Et tunc dico ſine præiudicio, quòd lucrum tale, non eſt reſtituẽdum ei qui paſſus eſſe dicitur huiuſmodi damnum Opuſ. 73. c° 20.

305 Si vero ſint res ablatæ, quæ ex ſui natura, poſſunt ſecundum naturam temporis augeri, & creſcere in precio, tunc tenetur ſpoliator reſtituere precium ipſarum rerum, quod valituræ erant, ſecundum naturam rei & temporis, in tempore quo vult reſtituere eas. Et illud etiam in vſuris eſt aduertendum, quantum ad res quæ accipiuntur pro vſuris. Opuſ. 73. c°. 19. fin.

306 Quibus pœnis vitium vſuræ coercẽdum ſit, videamus. Opuſcu. 73. c° 21. prīo°. Iudæi 46. Pœna.

307 Vſurarij triplici pœna iuris coercentur. ſ. quod prohibentur ad ſanctam communionem recipi, & ne ſimiliter recipiantur eorum oblationes in altari, & ne recipiantur in chriſtianorum ſepultura. Et hæc tria habentur in diuerſis decretalibus de vſuris. Opuſ. 73. c° 21.

308 Inſuper additur pœna his qui contrafecerint, ſcilicet pœna ſuſpenſionis, niſi per arbitrium epiſcopi ſui prius ſatisfecerint. Opuſ. 73. c°. 21.

309 Inſuper etiam per accidens conſequitur talis notã infamiæ. Vnde & vſurarij publici, quando propter vſuras, pecunias ab aliquo quas dederant repetunt, repelli poſſunt per exceptionem, donec prius ipſi de vſuris ſatisfecerint ſecundum decretalem. Opuſ. 73. c° 21.

310 Specialiter autem ſuper his pœnis, poſſunt clerici vete ab officio ſuſpendi ſi fuerint vſurarij, ſecundum decretalem. Opuſ. 73. c° 21.

311 Contumaces vero, qui nec propter pœnas prædictas, nec propter pœnas iudicis corriguntur, debet & poteſt iudex, per ſuſpenſionis & depoſitionis ſententiam clericos coercere, Laicos vero per excommunicationis ſententiam cohibere, ſecundum decretalem. Opuſ. 73. c° 21. Cogi.

312 Si non ſufficit iuſtitia eccleſiaſtica, debet iuſtitia laicalis in auxilium euocari, ſecundum decretalem. Opuſ. 73. c° 20.

313 In foro autem pœnitentiali, vbi de correctione peccati agitur maxime inquantum vſura eſt contra legem Dei, ſic compellendi ſunt vſurarij ad reſtitutionem, vt beneficium abſolutionis eis denegetur, niſi reſtitutionem faciant plenam quãtum potuerint, aut dilationem petierint ab his quibus tenẽtur reſtituere, aut ſi pauperes & impotentes ſunt ad reſtitutionem faciendam, promittant Deo & confeſſori ſuo, quòd ſi aliquando ad ſtugem proſperitatis venerint, ſe reſtituturos pro ſua facultate, aut certe remiſſionem poſtulabunt ab his quibus reſtituere tenentur. Alias non debent abſolui in foro pœnitentiæ. Opuſ. 73. c° 21. In confeſſione.

314 Sicut ergo confeſſor oſtendit vſurarium abſolutum a Deo, quem abſoluit verbo, ita non debet abſoluere uerbo, niſi cũ videt ſigna reſtitutionis fiendæ in confitente, quæ ſigna determinata ſunt in his quæ prædiximus, ſecundum diuerſos ſtatus reſtituentium. Opuſ. 73. c° 20. ſi.

¶ Vſuraria. Fœnus. Vſura 248.

¶ Vſurarius. Fœnerator. Vide 61. 107. 108. 109. 112. 115. 211. 238. & c. 314.

Vſ

¶Vſurpatio. Dominatio 3.10. Furtum 8. Iudicium 23.39. Prælatus 1.17. Tyrannus 11.

Quid. 1 Vtor ſignificat actum cuiuſlibet potentiæ. Vnde hoc nomen vſus ita ſignificat actum, quòd nullo modo potentiam, vel habitum. Verit. q. 17. 1. c.

*Abſtinentia 6. Abuti. Accidens 69.71. Actus 16. Adam 56. Agens 34. Altare 1. Ambitio 2.

2 Vſus rei dicitur, ad quem res principaliter ordinatur, potẽtia autem qua in peccatum poſſumus, non ordinatur ad malum, ſed ad bonũ, & ita peccare non eſt vſus eius. 4. d. 44. q. 1. 1. 5m.

*Anathema. Angelus 382. Animal 36.58. Annexum 0. Appropriatio 14. Aqua 17. Ars 1.9. Baptiſmus 64.85.87.93.104. 132.246. Bonitas 194.203.207.217. Campſoria 8. Cibus 5. 7.9. Clauis 4.14. &c. Coitus 4.5.

3 Cuius vſus bonus eſt, ſ. per ſe, ipſum quoque bonum eſt, non autem per accidens. 1ª. Cor. 7. fi.

4 Proprius vſus rei, & per ſe eſt in relatione ad finem conuenientem. Opuſc. 73. c° 3.

*Conceptio 27. Confirmatio 30.47. Conſecratio 11. Corpus 46. Dalmatica 1. Delectatio 54.84.

5 Cum in relatione ad finem conuenientem, omnis vſus ſortiatur rationem boni ſimpliciter, conſequens erit, q̃ in abſtractione a fine conuenienti ſortiatur rationem mali communiter, non autem huius, vel illius ſpecialiter. Opuſ. 73. c° 3.

*Dæmon 65.92. Dialectica 2.3. Diſtinctio 19. Diuitiæ 3. Eccleſia 15. Electio 20. Energumenus 2.

6 Triplex gradus in vſu rationis. ſ. non intelligentis per ſe, nec ab alio, intelligentis tantum, & vtroque modo. Primus conuenit homini ante primum ſeptennium, in quo nulli contractui aptus eſt. Secundus in fine primi ſeptennij quo ad propriam perſonam. Tertius incipit in fine ſecundi ſeptennij quo ad extrinſeca. 4. diſt. 27. q. 2. 1. c.

*Euchariſtia 18.39.50.208.209. Excommunicatio 6. Fides 60. Finis 26. Fortuna 5. Genus 3. Gratia 56.97.98.99.154. Habitus 67. &c. Idea 20. Ignis 3. Imperare 4. Indiuiduum 41. Innocentia 4.

7 Vſus rationis quãdoque totaliter auſertur, ex nimia paſſione ſicut ex amore, vel ira inſaniens. Et tunc talis paſſio, ſi a principio fuit voluntaria, & nõ naturalis, imputatur actus ad peccatum. Quandoque vero paſſio non totaliter intercipit vſum rationis. Et tunc ratio poteſt paſſionem excludere, diuertendo ad alias cogitationes, vel dolendo, vel impediendo. Vnde talis paſſio non totaliter excuſat a peccato, ſi ratio eam non prohibeat. 12ſ. q. 77. 1. 2. 7. c. / q. 78. 2. 3m. / 22ª. q. 53. 2. 1m. / Ma. q. 3. 9. 10. c fi.

*Inſania. Ira 54. Iudicium 19. Iuſtitia 45. Iuſtificatio 27.32. Lex 13.139.140. Liberalitas 1.5. Liberum 28. Lingua 8. Lumen 16. Magi 10. &c.

8 Res quandoque ſimul cum vſu transfertur iuſte, vt in venditione, emptione, & permutatione. Aliquando vero ſolus vſus rei, & non poſſeſſio rei, ſicut in accommodatis rebus, & locatis Opuſc. 73. c° 3.

*Maria 7.27. Matrimonium 107. Meretrix 2. Miſeratio. Miſſa 4. Mors 16.53. Mulier 7. Nemo. Nomẽ 11. Oblatio 15. Officium 9. Operatio 30. Ordo 63.97.102.103. Organum 2. &c.

9 In his quæ liberaliter transferuntur iuſte, ſi ad finem conuenientem res, & earum vſus trãſferantur, nihil reprehenſibile naturaliter inuenitur Opuſ. 73. c° 3.

*Ornatus 3. Paſſio 76.77. Peccatũ 223.368. Pœnitentia 67. Periculum 7. Poſſeſſio 1.9. Poteſtas 13.14. Præceptum 103. Præcipere 2. Primitiæ 3.

10 Fructus, & vſus rerũ poſſunt augeri, & minui in precio ſecundum diuerſitatem temporum tripliciter ſine eo, q̃ tempus ſit cauſa per ſe. ſ. vel propter ipſarum rerum paucitatem, & abundantiam, quia res, quæ per vſum ſuum minuuntur, ſecũdum tempus naturaliter conſumuntur, & ſunt pauciores, quoniam magis elongantur a ſua origine, ſicut bladum naturaliter magis abundat in autumno, quàm in vere. Vel ex ipſarum rerũ natura, quæ ſecundum tempus recipiunt incrementum valoris, vt apparet in ſatis, filiis, & animalibus. Vel ex natura rei relatæ ad loci conditionem. Opuſc. 73. c° 8.

*Prudentia 36.51. Puer 3.9.12. &c. Raptus 8. Reſurrectio 37. Reuelatio 3. Sacerdos 25. Sacramentum 16.19.24.27.106. 179.140. Sacrificium 25.34. Sanctus 1.2. Scientia 89.90. Schiſmatici 2.

11 Qui dominus eſt alicuius rei, dominus eſt, & vſus einſdẽ rei. Opuſc. 73. c° 9. Meta. 5. lec. 2. princ° b. F.

12 Dominus rei poteſt transferre vſum, & fructum propriæ rei. Opuſc. 73. c° 9.

*Seruitus 3. Sexus 5. Simonia 16. Spiritus 8. Sponſa 2. Sponſalia 7. Subſiſtentia 8. Temperantia 7.16.22. Timor 60.

13 Dominus verus rei, ſicut poteſt dare, vel vẽdere proprietatem rei, vel vſum, ſeu fructus alicuius poſſeſſionis ſimpliciter quantum ad omne tempus, ſic poteſt dare, vel vendere quantum ad tempus determinatum, vel particulare, vt probatur per veram rationem dominij. Opuſc. 73. c° 9.

*Vas 1.3. Vendere 3.

14 In contractu venditionis, & emptionis penſatur non tantum ſubſtantia rei, ſed etiam eius fructus, & vſus. Sed ex fructu rerum, & vſu ipſarum accidit, q̃ valor ipſarum naturaliter inter homines augetur, & minuitur. Quare de natura huiuſmodi contractus poteſt quis ſperare vltra id, quod datur, vel etiã timere, ne minus accipiat, quàm dederit. Et ideo mercatores ſperare poſſunt lucrum ex mercatione, quod non poſſunt dantes mutuo. Opuſc. 73. c° 9.

*Verbum 49. Veſtis 6. Vinum 5. Virginitas 7. Virtus 26.27. Voluntarium 11.

15 Vſus pecuniæ duplex. ſ. ad ſe, & ad alios. Primus pertinet ad expenſas, ſeu ſumptus, ſecundus vero ad dationes. 22ª. q. 117. 3. 3m. *Voluntas 75. Votum 34.35.36.

16 Vſus pecuniæ pertinens ad dationes duplex. ſ. principalis, qui eſt diſtractio eius, pro quo nihil vltra poteſt accipi, & ſecundarius. ſ. vel ad oſtentationem, vel in pignus, pro quo aliquid vltra poteſt accipi. 22ª q. 78. 1. 6m. / Ma. q. 13. 4. 15m.

*Vſura 16.17.67.183.290.294. Vti 0. Vtile 4.

17 In mutuo penſari debet tantum rei ſubſtantia, & valor eius, ſecundum rationem ſubſtantiæ, & non ſecundum rationem vſus rei, vel fructus, eo q̃ gratis fieri debet ſecundum rationem mutui. Opuſc. 73. c° 9.

*Chriſtus 60.85.86.136.

18 Nihil vltra valorem rei ſperare debet mutuans ex vſu rei mutuatæ, quia ratione ſubſtantiæ transfertur mutuum, & non ratione vſus, ſed aliter eſt in accõmodatis, & locatis ad vſum. 22ª. q. 78. 1. 6m. / Ma. q. 13. 4. 15m. / Opuſ. 73. c° 9.

¶Vt dupliciter ſumitur. ſ. cauſaliter, & conſequutiue, ſicut & nec. 12ª. q. 98. 1. 2m. / Quol. 3. 11. 3m. / Pſ. 26. prin° a. k. / Eſa. 9. fi. b. C. / Matt. 1. b. fi. / c° 26. fi. b. E. / c° 27. fi. b. H. / Io. 9. le. 1. me° c. D. / lec. 4. fi. e. C. / c° 11. lec. 1. fi. c. C. / c° 12. lec. 7. prin° b. B. / fi. d. F. / c° 17. lec. 5. me° b. fi. / Ro. 3. lec. 1. fi. H. / c° 5. lectio 6. prin° K. / me° E. / c° 15. le. 2. fi. F. / Gal. 3. lec. 7. me° F.

*Agere 12.23. Amor 3.8.10.20.34.50.

¶Vter ſignificat eccleſiam propter vnitatem, & mortificationem vitiorum, & corporum, quia fit de vna pelle animalis mortui. Pſal. 32. me° f. K. Figura.

¶Vterus. Angelus 591.592.599. Baptiſm⁹ 140.141.142.235. Corpus 61. Ioannes 4. Maria 7.10. &c. 61. Natiuitas 2. Sanctificatio 9. &c. Venter. Chriſtus 108.

1 Vti large comprehendit ſub de ſe frui 1ª. q. 39. 8. c. Quid.

*Ablatiuus 2. Abſoluere 22. Anima 165. Apoſtolus 4. Aſtutia 1.

2 Vti dicitur tripliciter. ſ. quælibet operatio, frequentia eius, & vt eſt eorum tantum, quæ ſunt ad finem. Idem tripliciter diffinitur. 1. diſt. 1. q. 1. 2. c. / diſt. 31. q. 2. 5m. Diuiſio.

*Canis 2. Cete 3. Habere 2.

3 Vti & frui tripliciter diffiniuntur, id eſt per comparationem ad tria. ſ. ad obiecta, ad potentias, & ad proprietates. 1ª. q. 1. 2. c / L. me° A. *Habitus 2.16.67. &c. Præcipere 2.

4 Vti importat applicationem rei ad aliquam operationẽ, quæ etiam dicitur vſus eius. 12ª. q. 16. 1. 2. 3. c.

5 Vti eſt actus voluntatis. 12ª. q. 16. 1. c. / q. 17. 1. c. / 1. d. 1. q. 1. 2. c. Actus.

6 Immo vti, & eius eſſentia magis conſiſtit in exequutione eius, quod eſt ad finem, quam in imperio voluntatis. 1. d. 1. q. 1. 2. c. Resp^m Dub° 1210. Du^m 1210^m.

7 Sed hoc dictũ eſt ideo. ſ. q̃ vti eſt actus voluntatis, quia voluntas non ſolum eſt imperans, ſed etiam exequens, vt patet in actionibus, quas per ſeipſam facit, & ſic vti eſt actus eius. Vel hoc ideo dictum eſt, quia coniungitur cuilibet virium inferiorum, ſicut motor coniungitur mobili. Opuſc. 72. q. 3.

8 Vti eſt actus voluntatis vt primi mouentis, ipſius intellectus autem vt dirigentis, aliarum vero potentiarum vt exequentium 12ª. q. 16. 1. c. / q. 17. 2. c. / 1. d. 1. q. 1. 2. c.

9 Vti proprie eſt actus voluntatis vt principalis, non autẽ aliarum potentiarum, niſi inſtrumentaliter. 12ª. q. 16. 1. 0 / 1. d. 1. q. 1. 2. 0.

10 Vti nominat exequutionem eius, quod eſt ad finem, non quidem ſecundum proprium actum aliquarum virium, ſed communiter, præſuppoſita ordinatione in finem. 1. d. 1. q. 1. 2. c.

11 Vti aliquo dr̃ dupliciter. ſ. vt forma, quæ eſt principium vſus, & vt obiecto. Et ſic aliquis male vtitur gratia, & virtutibus, non autem primo modo. 12ª. q. 55. 4. 1m. / 22ª. q. 20. 1. 2m. / 3ª. q. 83. 4. 3m. / 2. d. 27. 2. 5m. / 6m. / L. prin°. / 4. d. 9. art. 1. q. 3. c. / Verit. q. 12. 13. 15m / 5. 3m. / q. 14. 4. 7m. / Virt. q. 1. 3. 16m. Obiectum.

*Ablatiuus 5. Abſtinentia 6. Actio 26.72. Adam 34. Aduocatus 5.7. Agatha. Agens 112.112. Agilitas 1. Amen 3. Ars 50. Aſtutia 1.

12 Vti eſt ſemper eorum, quæ ſunt ad finem, nõ autem ipſius finis, niſi inquantum refertur in fruitionem alius. 12ª. q. 16. 3. 0.

*Auxi-

*Auxilium 3. Baptiſmus 39. Campſoria 8. Canis o. Carnis 2. Cete 3. Cibus 5.7.9. Confirmatio 8. Dici 2.

13 Vti contingit vno termino, vt duobus. Phy. 8. le. 16. fi. / lec. 17. prin^{o} b. / Poſter. lec. 12. me^{o} c. prin^{o}.
*Definitio 11.12. Donum 10. Eſſe 84. Exemplum 3. Fœminalia. Generatio 91. Hebræi o.

14 Vtimur poſterioribus, vt prioribus in demonſtratione, quia. Poſter. lec. 8. prin^{a} 2. / le 41. me^{o} c. I.
*Habitus 4.16.67.&c. Humilitas 22. Indulgentiæ 18. Inſidiæ. Hypocriſis 4. Indicium 40.48.

15 In cultu Dei oportet nos vti quibuſdam corporalibus actibus vt adoratione corporali, & huiuſmodi, non quidem propter Deum, ſed propter nos, vt ſ. eis tanquam quibuſdam ſignis exterioribus, excitemur ad ſpirituales actus interiores. 22^{æ}. q. 81. 7. c. / 1^{m}.
*Iuramentum 3.5.6.24.35. Iuſtitia 31. Iuſtificatio 37. Latria 3. Lex 88. Liberalitas 1.5.6. Magi 9.&c. Magnanimitas 7.131 18. Malum 60.61. Medicina 4. Metaphora 9. Miraculum 30. Mors 16. Nomen 25. Occultatio. Officium 9. Oratio 101. Organum 2.&c. Origo 5. Ornatus 9. Pax 11.

16 Peccato non eſt vtendū, ſed omnibus, quæ ſunt a Deo. ſ. pœna ad meritum, ad cognitionem propriæ fragilitatis, & ad purgationem peccatorum. Rebus mundi ad cognitionem Dei, & ad ſubſidium vitæ præſentis. Sed operibus noſtris bonis propter Deum actu, vel habitu. 1. d. 1. q. 3. o. / Cont. 3. c^{a}. 22. fi.
*Peccatum 9.416.

Du^{m} 1211^{m}. 17 Immo vti peccato alterius eſt licitum. 22^{æ}. q. 78. 4. c. / Ma. q. 13. 4. 17^{m}. / 18^{m}. / 19^{m}. Reſp^{o} Dub^{o} 1211.
*Pœnitentia 16.54. Poenæ 5. Præcipere 2. Principium 13. 22. Prudentia 35.36.51. Religio 90.

¶Secundo dicendum, ꝙ Deus poteſt agere & diſpenſare,præter ordinem ſuæ iuſtitiæ, ſecundum ꝙ in aliquo opere creato determinatur , non autem ſecundum ꝙ iuſtitia Dei,eſt ordinatio voluntatis eius in eo,ut habetur 1.d.43.q.2.2.1^{m}.
¶Tertio dicendum,ꝙ diuina potentia non eſt ita ordini eius alligata,quin poſſit quandoq; præter ordinẽ cauſarũ ſecundarum aliquid agere,cum ſibi placuerit,ut patet in operibus miraculoſis,ut hr 1ª.q.25.5.c./.Poª.q.1.5.c./.Opuſ.20.ar.1./.17.
¶Quarto dicendum,ſicut Dubio 498.

502 Quod Deus poteſt facere uniuerſum, & quamlibet creaturã, meliorem quàm fecerit.1ª.q.25.6.o. Deus 415.
¶Immo vniuerſum non poteſt eſſe melius. 1ª.q.25.6.3^{m}.
¶Reſpondeo dicendum dupliciter,ſ.primo, ꝙ Deus poteſt facere vniuerſum,& quamlibet creaturam,meliorem quàm fecerit,bonitate accidentali,& nõ eſſentiali, quia tranſcenderet limites ſuæ ſpeciei,ut habetur 1ª.q.25. 6.o./.1.d.44.1.o./.3.d.13.ar.2.q.2.2^{m}./.3^{m}./.Poª.q.3.16.c./.17^{m}.
¶Secundo dicendum, ꝙ licet Deus non poſſit facere quamlibet creaturam meliorem bonitate eſſentiali, poteſt tamen facere in qualibet re creata,aliam meliorem,bonitate eſſentiali & accidentali,ut habetur 1ª.q.25.6 o./.1.d.44.1.3.c.

503 ¶Quod Deus eſt cauſa peccati.12ſ.q.79.1.o./.q.80.1.c.
¶Immo mali culpæ,nullo modo Deus eſt cauſa. 1ª.q.48.6.c./.q.49.2.o./.q.63.5.c.fi. Deus 423.
¶Reſpondeo dicendum dupliciter.ſ.primo, ꝙ Deus eſt cauſa peccati,quo ad ſubſtantiam actus,non autem quo ad deformitatẽ,ut habetur 12ſ q.79.1.o /.q.80.1.c./.12ſ.q.6.2.2^{m}./.1.d.40.q.4.2.c./.d.41.q.1.1.o./ 2.d.34.3.c./.d.37.2.o./. q.3.2.3^{m}./.3.d.13.q.3.2.6^{m} /.ꝯ.3.c^{o}.162./. Ver.q.3.4.3^{m}./.Poª.q.1.6.5^{m}./.q.3.6 2.1^{m}./ Ma.q 3.2.1.o./ Ro.18.lec.5.circa fi.
¶Secundo dicendum,ſicut Dubio 435.

504 ¶Quod Deus eſt cauſa operationum naturaliũ , immediatior omni agente naturali.1.d.12.3.4^{m}. Deus 438.
¶Immo quodlibet agens naturale particulare , eſt immediatũ ad ſuum effectum.Poª.q.3.7 c.
¶Reſpondeo dicendum,quòd Deus eſt cauſa operationum naturalium immediatior ſecundum virtutem differentem rõne ab eſſentia.in ordine ad actiones ad extra, ſed mediatior ſecũdum ſuppoſita,omni agente naturali,ut habetur 1.d.12.3.4^{m}./.Poª.q.3.7.c.fi./.4^{m}.

505 ¶Quòd dici de omni,per ſe,& primo,quod ſignificat uniuerſale,ſe habent ex additione adinuicem, quia omne quod per ſe prædicatur vniuerſaliter prædicatur,ſed non econuerſo,& qđ primo prædicatur,prædicatur per ſe,ſed non conuertitur.Poſte.1.lec.9.prin. Dici 2.
¶Oppoſitum uidetur dicere.Poſter.1.lec.11.prin.
¶Reſpondeo dicendum,ꝙ iſta prædicta ſunt idem ſecundum rem,ſed differunt ſecundum rationem, ſicut ſuperius & inferius loquendo Prioriſtice , non autem Poſterioriſtice. Dici enim de omni Prioriſticum , eſt quando nihil eſt ſumere ſub ſubiecto, de quo non dicatur prædicatum. Et ad ipſum ſufficit & requiritur neceſſario uniuerſalitas ſuppoſitorum ſecundum modum enunciandi tantum , & non ſecundum rem ſignificatam,neque uniuerſalitas temporum. Sed dici de omni Poſterioriſticum eſt illud ad quod ſufficit & requiritur neceſſario uniuerſalitas ſuppoſitorum ſecundum rem ſignificatam, & vniuerſalitas temporum , ut habetur Poſterior. 1. lec.11.prin.

506 ¶Quòd differentia prædicatur de genere.Meth.8.lec.2. Differentia 2
¶Oppoſitum uidetur dicere.Meth.3.lec.8.
¶Reſpondeo dicendum , ꝙ differentia conſtitutiua generis, prædicatur per ſe de genere.Sed differentia diuiſiua generis, non prædicatur per ſe & prædicatione directa de genere , ſed prædicatione indirecta,ut habetur Meth.8.lec.2.

507 ¶Quòd differentia complet eſſentiam generis.1aſ.q.67.5.c./.2.d.3.q.1.5.c.Poª.q.8.4.5^{m}. Differentia 4
¶Immo genus per ſe ſumptum,non poteſt prædicari de differentia,prædicatione per ſe,nec econuerſo Meth.3.lec.8.
¶Reſpondeo dicendum,quod complet eſſentiam generis Phyſici,uel determinando genus logicum ad ſpeciem , non autem in ſe conſiderata.

508 ¶Quòd differre proprie eſt ſemper per aliud,& eſt relatiuum. Sed diuerſum eſt abſolutũ,& ſeipſo uel alio.Ideo omne diffe- Differre 1.

rens

rens eſt diuerſum, & non econuerſo. 1a.q.3.8.3m./.q.90.1.3m./.1.d.8.q.1.a.3m./.d.17 q.1.a.1.5m./.con.1.cu.17./. Po2.q.7.5.1m./.Meth.5.lec.10.per totum./.Lib.10.lec.5.fi.

¶Immo qualiſcumque formarum multitudo, facit differentiā. Sed diuerſitas fit ſolum per formas ſubſtātiales. Po2.q.9.8.2m.

¶Reſpondeo dicendum, quòd diuerſitas proprie, fit ſolum per differētias ſubſtantiales, i. eſſentiales, ſed improprie fit p alias.

Differre 6. 509 ¶Quòd differre ſpecie, contingit dupliciter, ſ. vel in diuerſis ſpeciebus completis, vel ſecundum diuerſos gradus, in generatione eiuſdem ſpeciei. 1a2æ.q.72.7.c.

¶Oppoſitum uidetur dicere. 2.d.15.q.1.1.2m./. Meth.7. lect. 6./.lect.8.

¶Reſpondeo dicendum, quòd quando de ratione imperfecti eſt gradus imperfectus, facit differre ſpecie, non autem quando non eſt de ratione eius.

Difficile 9. 510 ¶Quòd opera virtutum ſunt difficilia. 12æ.q.107.4 c.

¶Immo opera uirtutum, ſunt facilia. 4.d.14.q.2.2.5m.

¶Reſpondeo dicendum, quòd opera virtutum dicuntur difficilia, quia ſunt ſupra uires non habentium virtutes, non autem propter laborem, vel triſtitiam. Et etiam quia quidam abundant ſenſu, & deficiunt intellectu, & plures ſequuntur operationem ſenſus vt dē. 12æ.q.71.1.c./.q.107.4.c./.3.d.27.q.2.2.6m./.d.30.4.6m./.con.3.cu.26./.Pſal.19.circa Med.

Diffinitio 21. 511 ¶Quòd cum demonſtratur cauſa per effectum, neceſſe eſt vti effectu, loco diffinitionis cauſæ. 1a.q.2.7.1m./.q.2.2.2m.

¶Oppoſitum videtur dicere. Trin. 25.c.

¶Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 448.

Diffinitio 26. 512 Quòd diffinitio per cauſam formalem, eſt formalior aliis. 2.d.9.1.1m.

¶Oppoſitum videtur dicere, quia diffinitio, finem & cauſam agentem, cum ſint quædam extrinſeca, non comprehendit. Meth.7.lec.13 & lec.15.

¶Reſpondeo dicendum dupliciter, ſcilicet primo, q diffinitio formalis, non ſolum dicitur, quę datur per cauſam formalem, ſed etiam quælibet quæ datur per cauſam ſuperiorem.

¶Secundo dicendum, quòd finis & cauſa agens dicuntur quædam extrinſeca rei, Phyſice uel Metaphyſice loquendo, non autem logice loquendo, ut habetur. Meth.7.lec.13.

Diffinitio 28. 513 ¶Quòd eſſe non pōt poni in diffinitione alicuius generis, nec ſpeciei. Qu.1.q.5.1.c./.Qu.8.vel 9.q.3 2m./.Meth.8.lec.vlt.fi.

¶Immo unumquodque diffinitur, ſecundum quòd habet eſſe. 2.d.35.2.1m.

¶Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio.300.

Diffinitio 47. 514 ¶Quòd partes materiales ſunt priores diffinito, quia materia eſt pars eſſentiæ rei. 3.d.2.q.2.ar.2.q.3.c./.Meth.7.lec.9.

¶Immo principia materialia, in quæ reſoluitur diffinitio & diffinitum per ea ſunt poſteria diffinito. Phy.2.lec.5.

¶Reſpondeo dicendum, quod vnum & idem, reſpectu diuerſorum, eſt materiale & formale, ſicut partes diffinitionis ſe habent vt formale, ſed reſpectu diffinitionis, ut materiale, & vna pars, reſpectu alterius, ſicut genus reſpectu differentiæ, ut habetur. Phyſica.2.lec.5.

¶Secundo dicendum, quòd principia materialia, ſunt poſteriora diffinito, via reſolutionis, non autem uia compoſitionis, quia principia materialia, licet ordine perfectionis ſint poſteriora diffinito, tamen ſunt priora ordine generationis, & hoc loquendo de materia communi, & de partibus materialibus ſecundum quod ſunt partes ſpeciei, ut ſpecies, & non ut talis ſpecies eſt in hoc, uel in illo indiuiduo.

Dimenſio 6. 515 ¶Quod dimenſio corrumpitur tripliciter, ſcilicet per additionem, diuiſionem, & diminutionem. 3a.q.77.4.c./.4.d.12.q.1.ar.2.q.4.c.

¶Immo magnum per additionem vel diminutionem uel diuiſionem non tollunt eſſentiam dimenſionis. 3a.q.77.8.4m.

¶Immo nec per diuiſionem fit aliquid de nouo in dimenſione. 3.d.21.q.1.ar.1.q.2.5m.

¶Reſpondeo dicendum dupliciter, ſ. primo, quod dimenſio, ſeu quantitas dupliciter poteſt conſiderari, ſcilicet quo ad eſſe, ideſt quo ad rationem diuiſibilitatis eius, ſeu quo ad eſſentiam eius, ideſt quantum ad dimenſiones interminatas. Scdo quo ad certam rationem menſuræ, ſeu quo ad determinationem eius. Secundo modo corrumpitur tripliciter, non autem primo modo, ut habetur. Meth.5.lec.14.fi.

¶Secundo dicendum, quòd ſi fuerit diminutio ſufficiens, tunc dimenſio corrumpitur, non autem ſi fuerit inſufficiens, ut habetur in primis locis adductis.

Dimenſio 13. 516 ¶Quod dimenſiones interminatæ, præintelliguntur in materia ante formam ſubſtantialem. Et ſine eis poſſet intelligi diuiſio materiæ, ad diuerſas formas. 4.d.11.q.1.ar.1.q.3.4m./.diſ.12.q.1.ar.2.q.4.6.0./.11.3.q.1.3m./.d.44.q.1.ar.1.q.1.3m./.ar.2 q 5.3m./.con.4.c°.65.fi /.Ver.q.5.9 6m.

¶Oppoſitū uidetur dicere. Spiritu.3.17m./.Opuſ.37. aſque fi.

¶Reſpondeo dicendum tripliciter. ſ. primo, quod in primis locis vult quod præexiſtunt ſcdm rōnem tantum. In ſecundis autem, quod non præexiſtunt ſecundum rem.

¶Secundo dicendum, quod in primis locis uult, quod dimenſiones præintellectæ ſint illæmet quę per formam terminantur. In ſecundis vero negat dimenſiones interminatas, eſſe diuerſas realiter a terminatis, ut habetur. Anima.9.c 1m.

¶Tertio dicendum, q ſi dimenſiones interminatæ conſiderentur ſecundum q interminatæ ſunt, ſic non præexiſtunt in materia, niſi ſecundum conſiderationem noſtram Mathematicā, intelligendo ſcilicet illud quod eſt in re terminatum, abſq; eius terminatione. Sed ſi conſiderentur illæ dimenſiones, naturaliter & Phiſice, ſic ponendæ ſunt dimenſiones interminatæ ſecundum rem in materia, ut habetur. Trin.1.c.fi.

517 ¶Quod dimenſiones interminatæ, manent eædem numero in generato & corrupto. 4.d.11.q.1.ar.2.q.4 c./.1m./.4m./.d.44.q 1.ar.1.q.1.3m./.con.4.c°.fi. 2m.8. Dimenſio 15.

Oppoſitum videtur dicere. 2.d.30.q.1.1.c./.4.d.12.qu.1.ar.1.q.3.4m./.Opuſ.31.c°.7.

¶Reſpondeo dicendum, quod dimenſiones eaſdem remanere in materia ſub forma corrupti & geniti poteſt intelligi dupliciter. Vno mō ſecundum eſſentiam ſpecificā. Et ſic bene remanent in utroq;. Alio modo ſecundum numerum. Et hoc dupliciter, ſcilicet vel numero eædem, numeroſitate eſſentiæ. Et ſic etiā bene remanēt in utroq;. Vel numero numeroſitate ſubiecti. Et hoc itē dupliciter. Vel actu. Et ſic nō remanēt eædē numero, quia nullum accidens numero, etiam ſucceſſiue pōt eſſe in diuerſis ſubiectis. Vel in potentia; Et hoc dupliciter, uel in potētia naturali. Et ſic non poſſunt remanere eædē numero, quia per agens naturale non pōt idē numero iterato reparari. Vel in potētia obediētiali. Videlicet in potētia in ordine ad agens diuinū. Et ſic eædē dimenſiones etiam eędem numero numeroſitate ſubiecti, remanēt in materia poſt corruptionē rei quæ poſtea per agens diuinū recuperans idē numero ſubiectū efficiuntur in actu, vt patet in reſurrectione hoīs.

518 ¶Quòd omnia præcepta decalogi, ſunt omnino indiſpenſabilia etiam a Deo. 12æ.q.99.5.c.q.100.8.2m./.d.37.4.0. Diſpēſatio 9.

¶Immo in præceptis primæ tabulæ decalogi, nec Deus, nec homo pōt diſpēſare, ſed in pceptis ſcdæ Tabulæ ſolus Deus diſpenſat. 12æ.q.100.8.0./.22æ.q.104.4.2m./.1.d.47.4.c./.3.d.37.4.0./.Ma.q 3.1.17m /q.15.1.8m./.Quol.1.q.9.ar.2.1m.

¶Reſpondeo dicendum quadrupliciter, ſ. primo, quòd præcepta in communi continentia intentionem legiſlatoris, ſ. conſeruationem boni communis, vel ordinem iuſtitiæ & virtutis, vt etiam præcepta decalogi, ſunt omnino indiſpenſabilia, non autem alia, ut habetur. 12æ.q.100.8.0.

¶Secundo dicendum, quòd præcepta ſecundæ Tabulæ, ſcdm quod pertinēt ad uirtutem, ſunt omnino indiſpenſabilia etiā a Deo. Sed quorum ad ſolitum modum virtutis, poſſunt a ſolo Deo diſpenſari, vt habetur. 22æ.q.104.4.2m.

¶Tertio dicendum, quòd Deus poteſt diſpenſare in aliquo cōtra præcepta ſecundæ Tabulæ, remouendo diſpoſitionem contrariam præceptis illis, non autem remanente illa, ut habetur. 3.d.37.4.3m.

¶Quarto dicendum, quòd Deus poteſt diſpenſare in eis, remouendo ab actu rationem indebiti, non autem remanente ea, ut habetur. 12æ.q.100.8.3m.

519 ¶Quod circa ea quæ ſunt iuris diuini, uel iuris naturalis, Papa diſpenſare non poteſt. Quol.4.13.c. Diſpēſatio 13.

¶Immo Papa poteſt diſpenſare in iure diuino. 4.d.27.quæſt.3.3.2m.

¶Reſpondeo dicendum, q Papa pōt diſpenſare in iure diuino quo ad ſtatuta apoſtolorum, nō aūt quo ad alia, nec quo ad ea quæ ſunt vel de iure naturali, uel de neceſſitate ſacramētorū, vel de neceſſitate fidei, ut hr. 4.d.27.q.3.3.2m./. Quo 4.13.0.

520 ¶Quod diſpoſitio nihil aliud eſt, niſi habitus imperfectus. 4.d.4.q.1.ar.1.q.1.c. Diſpoſitio 1.

¶Immo diſpoſitio eſt aliquid, contra habitum diuiſum. 12æ.q.49.2.3m.

Reſpondeo dicendum, quod diſpoſitio dupliciter accipitur, ſ. uel ſecundum quod eſt genus habitus, uel ſecundum quod eſt aliquid contra habitum diuiſum, quæ proprie dicitur diſpoſitio. Et hoc dupliciter, quia vel diuiditur contra habitum, ſicut imperfectum contra perfectū in eadem ſpecie, uel ſicut in diuerſas ſpecies vnius generis ſubalterni. Secūdo modo diuiditur contra habitum, vt quid diuerſum ſpecie, non autem primo modo, ut habetur. 12æ.q.49.2.3m.

521 ¶Quod diuerſorum ex oppoſito ſecundum rationem perfecti & imperfecti, unum diſponit ad alterum, non autem oppoſita ſecundum eſſentiam. Diſpoſitio 9.

¶Oppoſitum videtur dicere. Ver.q.2.10 16m.

¶Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio. 1178.

522 ¶Quod habitus uel diſpoſitio non ſunt in Deo, nec in angelis, nec in cœlis, nec in elementis. 12æ.q.49.4.c./.3.d.23.qu.1.1.c./.Po2.q.7.17m. Diſpoſitio 24.

¶Oppoſitum videtur dicere. 12æ.q.50.6.0./.q 52.1.1m.

¶Reſpon-

¶Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 167.

Diſpoſitio 37. 523 ¶Quòd diſpoſitiones præcedentes, in aduentu formæ ſubſtantialis corrompuntur. 2.d.20.q.1.1.c./.4.d.11.q.1.ar.1.q.3.4^{m}./. Opuſ.32.c^{o}.7.

¶Immo dicuntur manere, a ſimili. 4.d.12.q.1.ar.2.q.4.c./.1^{m}./.4^{m}/.d.44.q.1.ar.1.q.1.5^{m}./.con.4.c^{o}.80.2^{m}./.81.

¶Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 537.

Diſpoſitio 41. 524 ¶Quòd diſpoſitio materiæ reducitur ad formam, ad quam diſponit. 4.d.2.q.1.ar.1.q.1.2^{m}.

¶Immo diſpoſitio materialis, reducitur ad materiam. 22^{e}.q.27.3.c./.4.d.17.q.1.ar.4.q.1.c./.Ver.q.28.7.8.c.

Reſpondeo dicendum, q cum diſpoſitio ſit medium, inter formam & materiam, & medium comparatum vni extremorū, habeat rationē alterius extremi, ideo diſpoſitio reducitur ad formam, vt imperfectum ad perfectum. Reducitur autem ad materiam, inquantum præparat eam ad formam, ut habetur. 22^{e}.q.27.3 c.prio./.3.d.13.q.3.1.c./.Phy.3.lec.1.prin^{o}.

Diſpoſitio 52. 525 ¶Quòd diſpoſitio cui annectitur aliqua imperfectio, non manet ſimul in ſubiecto, cum eo ad quod diſponit, ſicut aliæ. 3.d.35.q.2.ar.3.q.3.3^{m}.

¶Oppoſitum videtur dicere. 3^{a}.q.9.3.2^{m}.

¶Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 517.

Diſſenſio 2. 526 ¶Quòd diſſenſio eſt primum, inter peccata hominū. 1^{e}.Cor. 11.lect.4 prin^{o}.

¶Immo ſuperbia & cupiditas, ſunt prima, inter peccata hominum. 22^{e}.q.163.7.0.

¶Reſpondeo dicendum, q diſſenſio eſt primum, inter peccata multitudinis. Sed ſupbia & cupiditas ſunt prima, inter peccata ſingularium hoium, vt habetur 1^{e}.Cor.11.le.4. circa prin.

Diſtinctio 17 527 ¶Quod eorum quæ ex oppoſito diſtinguuntur, unum diffinitur per reliquum. 3.d.33.q.1.ar.1.q.2.1^{m}.

¶Immo vnum ex oppoſitis diſtinctorum, deſtruit reliquum. 1.d.26.q.2.1.3^{m}./.4.d 4.q.1.ar.1.q.2.c./.Po^{a}.q.7.9.9^{m}.

¶Reſpondeo dicendum, quod diffinitur per reliquum, nō per perfectionem alterius, ſed per remotionem ſeu negationem ſuarum perfectionum a diffinito.

Diuerſitas 7. 528 ¶Quod duplex diuerſitas generis, ſumitur a materia, ſ. ex diuerſa analogia ad formam, ut in generaliſſimis, & ut perficitur a forma Tain.14.c.

¶Immo diuerſitas generis, ſumitur a forma, & includitur in diuerſitate ſpeciei. Ver.q.5.2.9^{m}.Meth.5.lec.6.

¶Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 359.

Docere 9. 529 ¶Quòd ſacra doctrina docetur dupliciter, ſ. legendo, & prædicando. Et vtroq; modo, docens in peccato mortali, peccat mortaliter. 4.d.19.q.2.ar.2.q.2.4^{m}./.Pſal.49./.Pſal.50.

¶Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 796.

¶Oppoſitum videtur dicere a ſimili. 22^{e}.q.33.5.c.ſi./.q. 60.2. 3^{m}./.Math.7.Io.8 /. Ro n.le 4.2.Med.

Dolor 1. 530 ¶Quod dolor eſt paſſio animæ, in appetitu ſenſitiuo, uel intellectiuo. 12^{e}.q.35.1.0./.3^{a}.q.84.8.9.0./.q 85.1.c.

¶Oppoſitum videtur dicere. Ver.q.26.4.4^{m}.

¶Reſpondeo dicendum, quòd dolor eſt in appetitu ſenſitiuo, vel intellectiuo improprie. Nam proprie dolor non eſt paſſio animæ, quia nihil habet ex parte animæ, niſi apprehenſionē, ut habetur. Ver.q.26.4.4^{m}.

Dolor 27. 531 ¶Quòd impoſſibile eſt aliquam triſtitiam, vel dolorem, eſſe ſummum malum. 12^{e}.q 39.4.0.

¶Oppoſitū uī dicere a ſimili. 12^{e}.q.37.4 0./ Ma.q.2.10.0.

¶Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 837.

Dolor 29. 532 ¶Quòd ſenſualitas & ratio Chriſti, dolebant de uulneribus eius. Ideo ſolet dici quòd mortem ratio Chriſti refugiebat. 3.d.15.L.7^{m}./.Opuſ.3.c^{o}.239.

¶Immo Chriſtus ſecundum rationem ſuperiorem gaudebat de paſſione, & de morte ſua. Opuſ.3.c^{o}.29.

¶Reſpondeo dicendū, quod ſenſualitas & ratio ſuperior Chriſti vt natura, dolebant de vulneribus eius, non autem vt ratio propter bonum ſequens, ut habetur in locis primo adductis.

Ebrietas 2. 533 ¶Quòd ebrietas eſt principium vitiorum. Ma.qu.14.4.2^{m}./.Tit.2.lect.1.ſi.

¶Immo ſuperbia ponitur initium ois peccati. 22^{e}.q.84.2.c.

¶Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 1144.

Ebrietas 9. 534 ¶Quòd ebrietas ſine peccato, tollit culpam actus ſequentis, ſicut forte accidit de Loth, & Noe. 22^{e}.q.150.1.4.c./.4.d.33.L.Mal.q.15.2 9^{m}.

¶Immo Loth culpādus eſt ſcd̄m Auguſtinū. 22^{e}.q.150.4.c.ſi.

¶Reſpondeo dicendum, quòd Loth culpandus eſt, non quantum ille inceſtus, ſed quantum ebrietas meruit, ut habetur. 22^{e}.q 150.4.c ſi.

Eccleſia 16. 535 ¶Quod in caſu neceſſitatis, licet vendere, aut emere terram, ubi quondam fuit eccleſia. 22^{e}.q.100.4.1^{m}./.2^{m}./.3^{m}.

¶Immo annexum ſpirituali, non poteſt uendi vel emi, quia eſt ſimonia 22^{e}.q.100.4.3^{m}./.4.d.25.q.3.3.3^{m}.

¶Reſpondeo dicendum ſicut Dubio 1.

Effectus 1. 536 ¶Quod effectus Dei, dupliciter limitatur, ſ. ex ordine ſapientiæ Dei, & ex capacitate recipientis. 2.d.18.q.2.2^{m}.

¶Immo capacitas recipiētis, ex ſe limitatur 3 d.13.art.2 q.2. 2^{m}. 3^{m}.

¶Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 301.

537 ¶Quod effectus naturalis, uerius exiſtit in ſua cauſa, quàm in ſeipſo. Ver.q.4.6.c. Effectus 5

¶Immo nulla propoſitio verior eſt, quàm quando idem prædicatur de ſeipſo, ſecundum Boetium. Met.5.lect.7.ſi.

¶Reſpondeo dicendum quod uerius habet eſſe quo ad continentiam uirtualem, non autem quo ad exiſtentiam in actu & in proprio eſſe, ut habetur a ſimili. 1.d.15. q.5. 3.2^{m}. quia etiam anima verius habet eſſe vbi amat, q̄ vbi eſt, non quidē ſecundū eſſe ſubſtantiale, ſed ſecundum ſuum eſſe notole, ſ. ſecundum perfectionem vltimam, quæ in Deo eſt, vt habetur 1.d 15.q.5.3.2^{m}.

538 ¶Quod nullus effectus, eſt de ſpecie ſuæ cauſæ. 22^{e}.q.110.1.c. ſi./ 3^{m}. Effectus 8

¶Oppoſitum videtur dicere a ſimili, quia ignis cauſat ignē eū dē in ſpecie, & homo hoiem. 2.d.20 q.2 3.c./.Po^{a} q 7 2.c.n.

¶Reſpondeo dicendum dupliciter, ſ. primo q effectus nō differēs ab eſſentia ſuæ cauſæ vt ignis in ordine ad ignē a quo immediate cauſaē, eſt de ſpē ſuæ cauſę. Sed pōt eſſe de perfectione accidētali ſpēi, ſicut & in rebus naturalibus, aliquid ipſum ſortitur formā hēat, & ſi deſit formæ effectus ſicut patet in graui, quod violenter ſurſum detinetur, nec deſcendat, ſecundū exigentiam ſuæ formæ, ut habetur. 22^{e}.q.110.1.c.ſi.

¶Secundo dicendum, quòd pertinens ad ſpeciem ſuæ cauſę, nō conſequit̄ prędicationem vniuocam noīs ſuę cauſę, niſi recipiat formam eandem ſpecie, ſecundum eundem modum eſſendi, ut habetur. cont. 1.c^{o}.32.2^{m}./.Po^{a}.q.7.7.c.prin^{o}./.n.^{m}.

539 ¶Quòd ois effectus proprius & immediatus, proportionatur ſuæ cauſæ, & ſunt eiuſdem generis. 1.d.3.q.4.2.c. Effectus 13.

Oppoſitum videtur dicere. 2.d.21.q.1.3.c.

¶Reſpondeo dicendum dupliciter, ſ. primo, q ſunt eiuſdē generis eotis, non tamen ſemper eiuſdē generis prædicamētalis.

¶Secundo dicendū ſicut Dubio 538. reſponſione ſecunda.

540 ¶Quòd egere, ideſt dependere ab alio, cōuenit cuilibet creaturæ. Sed ut ſignificat carentiam, non conuenit beatis. 1.d.1. q.4.1.6^{m}. Egere 1.

¶Immo a ſimili beati indigent purgatione, a diſſimilitudine confuſione, ſ. a neſcientia. 1^{a}.q.106.2 1^{m}./ 12^{e}.q.112.2.3^{m}./. 2.d.9.2.1^{m}./.2^{m}./.Ver.q.9 3.0./.q.22.2.5^{m}./.Opuſ.3. c^{o}.127.

¶Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 145.

541 ¶Quòd electio pertinet determinate ad unam potentiam, ſ. ad voluntatem. 1^{a} q.83.3.c./.12^{e}.q.85.1.2^{m}./.4 c. Electio 1.

¶Immo electio pertinet ad intellectum. 12^{e}. q.13.1.2.0.

¶Reſpondeo dicendum, quòd electio pertinet determinate ad unam potentiam, ſ. ad voluntatem, ſed in ordine ad intellectum, ut habetur. 1^{a} q.83.3.c./.12^{e}.q 13.1.2,0./.q.17.1.c./.q.58.1.2^{m}./.4.c./.22^{e}.q.155.3.c./.3^{a}.q.18.7.c./.1.d. 41.2.1^{m}./.2.d.24 q.1.2 0./.d.38.3 5^{m}./.d.40.2.c./.3. d.33. q.2.ar.4.q.2. 1^{m} / 4.d.4 q.1.ar.3.q.2.c./.Ver.q.22.13.16^{m}./. 15.0./.q.26. c./.Eth.3.lec 6.9.0./.Lib.6.lec.2.ſi.

542 Quod nulla forma eſt media inter formam elementi, & materiam primam. Sed multæ ſunt, inter materiam primam, & formam animalis. 2.d 12.4.c./.con.2.c^{o}.89. Elementū 10.

¶Immo forma aīalis, immediate unit̄ corpori. 1^{a}. q.76.6.7.0.

¶Reſpondeo dicendum ſicut Dubio 180.

543 ¶Quòd eleemoſinæ non ſunt recipiendæ a peccatoribus. 22^{e}. q.154.4.c.prin^{o} / 2^{e}.Cor.8. Eleemoſina 13.

¶Immo eleemoſyna pōt fieri de turpilucro, ſ. de meretricio, lenocinio, & hiſtrionatu, non autem obnoxijs reſtitutioni. 22^{e}.q. 31.3.3^{m}./.q.32.7.0./.8.2^{m}./.q.62 5.2^{m}./.q.87.2 2^{m}./. q.110 3.4^{m}./.4 d.15.q 2.ar.4.q.2.3.0./.Quol.30 c./.Opuſ.37.c^{o}.17.

¶Reſpondeo dicendum, quod ille qui dat eleemoſinā, quādo vt foueatur in peccatis, uel quādo dat, ut aliquem inducat ad hæreſim, mortaliter peccat propter intentionem corruptam, vel quia eſt obnoxium reſtitutioni, nec habet alia unde reſtituat. Et tales eleemoſinæ non ſunt recipiendæ, vt habetur in locis pro vtraque parte allegatis.

544 ¶Quòd elephas intelligit, & doceā adorare reges. Iob.40.le.2. Elephas 1.

¶Immo nulla creatura poteſt intelligere, niſi per intellectum, qui eſt potentia paſſiua. 3.d. 14.ar.1.q.2.c.

¶Reſpondeo dicendum, quod Elephas eſt animal maxime domeſticabile, ad multa eruditur, & intelligit & docetur adorare reges, non quidem per intellectum, ſed per vim æſtimatiuam, vt habetur Iob.40.lec.2 2 Med.

545 ¶Quòd Adam videbat Deum in enigmate, ideſt obſcure, ſcilicet per effectus, non autem obſcure, ſ. propter occupationem ſenſuum & ſenſibilium cauſatam ex peccato, ſicut nos. 3^{a}.qu. 94.1.3^{m}. Enigma 2.

¶Oppoſitum videtur dicere. 1^{a}.q.94 3.1^{m}.

¶Reſpondeo dicendum dupliciter, ſcilicet primo quòd ſimul in effectibus, præcipue intelligibilibus Deū ſuo modo ſine medio

dio demonſtrationis cognoſcebat in enigmate, ideſt obſcure,
Secundo dicendum, ſicut Dubio 485./.1111.

Ens 18. 546 ¶ Quòd priuationes, negationes, & nō entia, ſunt entia rōnis tm̄. 1^{a}.q.16.3.2^{m}./.q.48.1.2^{m}./ 12^{f}.q.8 1.3^{m}./.q.16 1.c./.1.d.46.1.1^{m}./.2.d.34 1.c./.d 35.2.1^{m}./.d.37.q.1.1.c./.2.3^{m}./.Ꝫ 1 c^{o}.9.fi./.L.2.3.c^{o}.9.fi./.Ver q 1.1.7^{m}./.q.3.4.3^{m}./ q 21.1.c./ 1.7^{m}./.4.5^{m}./.M2.q.1 7.19^{m}./.26^{m}./.Opuſ.32./.Opu.42.prin^{o}./.c^{o}.3./.Meth.4.le.vl.fi./.L.1.5.le.7.fi./ L.2.12./.Perier.2.
¶ Immo in multitudine importatur realis relatio. 1.d.24.q.1.3.5^{m}.
¶ Reſpondeo dicendum ꝙ multitudo ſimpliciter, ſiue tranſcē dens, addit ſupra ens, duplicem negationem, ſ. vnam realem, & aliam per intellectum aggregantem, quæ non eſt in diuinis, vt habetur.1.d.24.q.1 3.1^{m}./.4^{m}./.5^{m}.

Ens 22. 547 ¶ Quòd ens & alia tranſcendentia, quæ dicūtur analogice de Deo & creaturis, de ſubſtātia & accidētibus, ſunt in utriſque, ſecundum propriam rationem per prius & poſterius, & habēt aliqd eſſe in vnoquoq; de quibus dicunt.1.d.16.q.5.2.1^{m}.
Oppoſitum videtur dicere.1^{a} q.16.6.c./.12^{f}.q.20 3.c./.3^{m}.
¶ Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 108./.2128.B.

Ens 24. 548 ¶ Quod ens includitur in quolibet apprehenſio.12^{f}.q.94.2.c./Meth.4.lect.1./.Lect.5.
¶ Oppoſitum videtur dicere.3.d.11.2.2^{m}./.4.d.15.q.1.art.1.2^{m}./.Po^{a}.q 7.3.c.prin.
¶ Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 300.

Ens 34. 549 ¶ Quòd ens prædicatur analogice, de ſubſtātia & accidēte.1^{a}.q.13.10.4^{m}./.12^{f}.q.120.2.c./.1.Prol.2.1^{m}./.d.19.q.5.2.1^{m}./.d.22.3.2^{m}./.2.d.42.q.1.3.c./.4.d.38.q.1.ar.2.q.1.c./.Ꝫ 1.c^{o}.32 6^{m}./ 34.pri./.Po^{a}.q.7.7.c./.M2.q.7.1.1^{m}./.Qu 2 3 c.fi./.Op.42.c^{o}.1./.Met.4.le.1./.L.1.11.le.3 / Perier.1.lec.5./. Le.8.pri.
¶ Immo ens & vnū, æqualiter prædicant de oībus, Met.10. le.4.
¶ Reſpondeo dicendum dupliciter, ſ. primo, ꝙ duplex eſt analogia. Quædam eſt ipſorum conceptuum ad ipſum nomē tantum, quod ſcilicet nomen, ſignificat unum conceptum ex impoſitione, & ſignificat alterum per quandam ſimilitudinē, non tamen ex impoſitione, ſicut ridere ſignificat riſum hominis ex impoſitione, ſed tamen ex quadam proportione ſignificat floriditatem prati. Et talis analogia cauſat fallaciā. Alia eſt analogia ipſorum rerum ad unum conceptum, ſeu ipſorum cōceptuum ad unum nomen, quod impoſitum eſt ad ſignificandū illos cōceptus, ordine tamē quodam. Et talis analogiæ triplex eſt gradus, ſecundum Philoſophum Ethicorum primo, & Metaphyſicæ quarto. Nam quædā eſt analogia aliquorū, ad vnū principium effectiuum. Alia eſt analogia aliquorum ad vnū finem. Tertia vero eſt aliquorum ad vnum ſubiectum. Exemplum primi, ſecundum Phyloſophum, eſt de medicatiui. Exēplum ſecūdi, eſt de ſanatiuo. Exemplum tertii, eſt de entibus. Ens igitur cum dicatur de aliquibus ordine quodā, per reſpectum ad aliquod vnum prædicatur de ſubſtantia & accidēte, nō quidem pure æquiuoce, nec omnino vniuoce, ſed analogice, cum accidens non habeat eſſe, niſi a ſubſtantia, quia accidēs eſt magis entis, quam ens, vt dicitur ſeptimo Metaphyſicę. Analogica.n. prædicatio eſt media inter puram æquiuocationē, & ſimplicem vniuocationem. Neq; enim in his quæ analogice dicuntur, eſt vna ratio ſicut in vniuocis, neque totaliter diuerſa ſicut in æquiuocis, ſed nomen quod ſic multipliciter dicitur, ſignificat proportiones ad vnum, ſicut ſanum de vrina dictum, ſignificat ſignū ſanitatis, de medicina vero dictū, ſignificat cauſam eiuſdē ſanitatis, ut a ſimili habetur.1^{a}.q 13.5.c.fi. In analogica autem prædicatione, ordo attenditur idē quandoque ſecundum nomen & rationem, quandoque vero, non idem. Nam ordo nominis, ſequitur ordinem cognitionis, quia eſt ſignum intelligibilis conceptionis. Quando igitur illud qđ eſt prius ſecundum rem, inuenitur etiam prius cognitione, idem inuenitur etiam prius, & ſecundum nominis rationem, & ſecundum rei naturam, ſicut ſubſtantia eſt prior accidente natura, inquantum ſubſtantia eſt accidentis cauſa. & prior cognitione, inquantum ſubſtantia in diffinitione accidentis ponitur. Et ideo per prius dicitur de ſubſtantia, quam de accidēte, & ſecundum naturam. & ſecundum nōis rationem. Quando vero id quod eſt prius ſm naturā, eſt poſterius ſm cognitionē, tunc in analogis non eſt idem ordo ſm rem, & ſm nominis rationem, ſicut virtus ſanādi, quę eſt in ſanatiuis, prior eſt naturaliter ſanitate, quæ eſt in animali, ſicut cauſa eſt prior effectu. Sed quia hanc virtutē per effectum cognoſcimus, ideo etiam per effectum nominamus. Et inde eſt ꝙ ſanatiuum eſt prius ordine rei, ſed animal per prius ſanum dicitur, ſm nōis rationem, vt habetur cont.1.c^{o}.34. Nec eſt neceſſarium, ꝙ ad verum analogum, ſequatur diuerſitas rationum immediate ſignificatarum per terminum analogum, aliàs non poſſet dari analogia aliquorum, ad vnum conceptum tertium, quod eſt contra id quod habetur cont.3.c^{o}.43./.Po^{a} q.7.7.c. Sed ſufficit ꝙ per terminum analogum ſignificetur vna ratio, quæ tamen diuerſimode participetur ab analogatis.
¶ Secundo dicendum, ꝙ iſta propoſitio. ſ. ens & vnum æqualiter prædicantur de oībus, eſt triplex. Nā cōiunctio, &, uno modo poteſt coniungere inter propoſitiones, ut ſit ſenſus. Ens ꝓdicatur æqualiter de omnibus, & unum prædicatur æqualiter de omnibus. Et ſic quia ambæ illæ propoſitiones ſunt falſæ, ideo tota copulatiua eſt falſa. Alio modo pōt coniungere inter terminos, ut ſit ſenſus Ens & unum prædicātur æqualiter de omnibus. Et ſic eſt uera. Eſt enim ſenſus. ꝙ ens & vnum prædicātur ęqualiter. i. eodem modo prædicantur de omnibus, ita ꝙ ſi vnum prædicatur analogice, & alterum, ſi unum uniuoce, & alterum, ſi vnum æquiuoce, & alterum. Alio modo poteſt determinare æqualiter illam particulā de omnibus, vt ſit ſenſus. Ens & vnum prædicantē de omnibus æqualiter, quia vnum eorum non prædicetur per prius de vno, quam de altero. Et ſic eſt falſa. Vnde ibi committitur fallacia diuiſionis.

550 ¶ Quòd ens participaliter & adiectiue prædicatur pluraliter de tribus perſonis diuinis, ſubſtantiue vero, ſingulariter tantū. 1^{a}.q 30.3.3^{m}./.1.d.25 4.c. Ens 37.
¶ Opp^{m} videtur dicere e ſimili 1.d.21.4.c./.d.29 4.2^{m}.
¶ Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 733 /.1135.

551 ¶ Quod omnis enunciatio affirmatiua in materia naturali eſt uera, & negatiua falſa. Sed in materia remota eſt econuerſo. In cōtingenti aūt quælibet vl̄is eſt falſa, & particularis & indefinita eſt uera.1^{e} q.51.1.c./ Meth.5.lec.9./.Perier.1.lect.13. Enunciatio 7
¶ Oppoſitum videtur dicere. Poſter.lect.9.prin.
¶ Reſpondeo dicendum dupliciter. ſ. primo, ꝙ propoſitio vniuerſalis in materia contingenti, pōt accipi dupliciter. ſ. vel in omni tpe, & in caſu poſſibili, uel in aliquo tpe, & aliquo caſu. Primo modo eſt falſa. Non autem ſecundo modo.
¶ Secundo dicēdum, ꝙ aliquæ propoſitiones ſunt, quæ ſimpl'r ſunt in materia cōtingenti, ut omnis homo currit. Et quædam quæ reſpectu ſui ſubiecti expreſſi, ſunt in materia cōtingenti. Sed reſpectu ſubiecti impliciti, ſunt in materia naturali, ut omnis homo eſt coloratus, primæ ſunt falſæ, non autem ſecūdæ.

552 ¶ Quòd epiſcopus poteſt iudicare eos ſolum, qui ſunt de ſua diœceſi.22^{f}.q.60.1.c./.6.c./.q 67.1.b. Epiſcopus 18
¶ Immo epiſcopus poteſt condemnare etiam eos qui ſunt alterius diœceſis.22^{f}.q.67 1.3^{m}.
¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ epiſcopus in cuius diœceſi aliquis alterius diœceſis delinquit in re non exempta, ſit ei ſuperior, ratione delicti, etiam ſi ſit exemptus, niſi forte delinquat in re aliqua exēpta, puta in adminiſtratione bonorum alicuius monaſterii exempti. Sed ſi aliquis exemptus committat furtū, uel homicidium, uel aliquid huiuſmodi, poteſt per ordinarium cōdemnari, ut habetur 22^{f} q.67 1.3^{m}.

553 ¶ Quòd æqualis, & æquatus dicitur formaliter, æqualitate, ſed quantitate, vt æqualitatis cauſa.4 d.19 q.1.a.1.q.1.3^{m}. Aequalitas 16.
¶ Oppoſitum videtur dicere e ſimili.1.d.27.2.1^{m}.
¶ Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 1171.

554 ¶ Quod natura fecit omnes homines æquales in libertate, nō autem in perfectionibus naturalibus.1.d.44.3.1^{m}. Aequalitas 19.
¶ Oppoſitum uidetur dicere.3.d 17.q.1.4 c.
¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ nō fecit æquales in pfectionibus indiuidualibus, ſed in perfectionib. ſpeciei, ut hr 2.d.44.3.1^{m}.

555 ¶ Quòd ratio quarundam ſpecierum quantitatis eſt in diuinis. Ideo ibi eſt proprie æqualitas 1.d.19.q.1.1.c /.1^{m}./.4^{m} / q.3.3.1^{m}./.d.24 q.1.1.1^{m}./ 4^{m}. Aequalitas 19.
¶ Oppoſitum uidetur dicere.1^{a}.q.28.4.c./.q.42.1.1^{m}./.Po^{a}.q.8 1 c / q.9 7.c.
¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ æqualitas conſequitur rōnē quantitatis in cōi, quæ conſiſtit in quadam diuiſibilitate. Vnde ratio quantitatis inuenitur proprie in illis quæ ſecundum ſe diuidūtur. Et ſic Deo non conuenit. Inuenit ēt quodāmodo in illis, in quibus diuiſio attenditur ſm ea quæ extrinſecus ſunt, ſicut virtus dr̄ diuiſibilis, & quātitatis rōne hītis, ex diuiſione actuū, & obiectorū. Et talis ratio quantitatis. ſ. virtualis Deo cōuenit, & per conſequens æqualitas, ut habetur 1.d.19.q.1.1.1^{m}.

556 ¶ Quòd æquitas eſt pars iuſtitiæ, & continetur ſub epikia. 22^{f}.q.80.3^{m}. Aequitas 2.
¶ Immo eſt eadem ei.22^{f}.q 120.1.c.
¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ eſt eadē ei, ut ſæpe determinat, ſed eſt pars eius ut accipit iuſtitia in cōi, ut hr 22^{f}.q 80.120.1.1^{m}.

557 ¶ Quòd in pure æquiuocis, non attenditur ordo, nec reſpectus nec ſimilitudo.1.d.31.3.2^{m} / Ꝫ.1.c^{o}.33./.Phy.7.lect.fi. Aequiuoca 9
¶ Oppoſitum uidetur dicere.1^{a}.q.13.10.4^{m}.
¶ Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 471.

558 ¶ Quod nihil præter Deū, eſt cauſa ipſius eſſe. Ꝫ.2.c^{o}.21 4^{m}. Eſſe 17.
¶ Opp^{m}. vr̄ dicere eſſe.1^{a}.q.32.1.2^{m}./.q.45.5.c./q.65.3.3^{m}./4.d.5.q 1.2.3.q.3.c./1^{m}./Ꝫ.1.c^{o}.20.4^{m}./Po^{a}.q.3.4.c /16.co^{m}./
¶ Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 504. (M2.q.10.9.3.

559 ¶ Quòd eſſe eſt prius omni alia participatione, & omni alio nomine Dei.1^{a}.q.5.c.2./.1.d.8.q.1.1.3.c./.Poten^{a}.q.3.4 c./.8.15^{m}./.Opuſ.37 /.Cauſis lect.4.c. Eſſe 35.
¶ Et eſt nobilius.1^{a} q 4.2.3^{m}./2.3^{m}./12^{f}.q.2.5.2^{m}./.1.d.19 q.3.4.3^{m}./.

1.2.3^{m}/.q.3 2.b.2./.Ver.q.20,2.3^{m}./.q6.22.6.1^{m}./.11.16^{m}./. Po^{a} q.7.ar.2.9^{m}./ Diu.5.lect.3.

¶Immo illud quod eſt communius prædicatione, eſt imperfectius minus communi. Ver.q.7.6./.7^{m}.

¶Rn^{o}. d^{m}, q eſſe pôt accipi dupliciter, ſ.vel ſine aliis in rebus inanimatis,& alia includunt ipſum. Et ſic eſſe eſt imperfectius aliis, ſicut omne magis commune minus eſt. Vel poteſt ſumi eſſe,& alia ſeorſum,ſine incluſione. Et ſic eſt perfectius aliis.

Eſſe 44. 560 ¶Quòd eſſe capitatum,& eſſe corporeum, & eſſe animatum, pertinent ad perſonam Sortis. Sed ex iis non ſit niſi unum eſſe in Sorte,3^{a}.q.17.2,c.

¶Oppoſitum uidetur dicere, quia in generatione animalis & hominis,in quibus eſt forma perfectiſſima,ſunt plures formæ, & generationes intermediæ,& per conſequens plura eſſe.ꝯ.2.c^{o}.89./.Meth.5.lec.20.

¶Reſpondeo dicendũ,q in illis generationibus ſucceſſiue ſunt plura eſſe,ſed in introductione vltimæ formæ,eſt ſm vnum eſſe,continens virtualiter oia pcedentia eſſe,vt hr ꝯ.2.cap^{o}.65.

Eſſe 54. 561 ¶Quod po^{a},ad eſſe,accipitur ex parte materiæ. Po^{a}.q.5.4.1^{m}.

¶Oppoſitum videtur dicere.4.d.2.q.2.ar.1.q.1.2^{m}.

¶Reſpondeo dicendum,q accipit ex parte materiæ, vt præparatur ad formam,ſed ſumit ex parte formæ, vt eſt productiua & cõpletiua ipſius eſſe rei,prout etiam Du^{o}.524 adductum eſt.

Eſſe 60. 562 ¶Quòd nec eſſe comparatur ad alia, ſicut recipiens ad acceptum,ſed econuerſo,quia eſt actualitas omnium.1^{a}.q6.3.4.c./.q.4.1.3^{m}./.q.5.1.c./.Po^{a}.q.7.2.9^{m}.

¶Immo ſemper illud quod ſubſternitur in rebus, eſt cõius,q̃ id qđ informat & reſtrigit ipſũ,ſicut eſſe q̃ viuere.1^{a}.q.65.3.c.

¶Reſpondeo dicendum, q prædicari de aliquo, contingit dupliciter. ſ.eſſentialiter, & participatiue. Ideo eſſe qđ informat ab his,de quibus pdicaĩ eſſentialiter,ẽt ſubſternit eis ſm rõnẽ vt indeterminatum determinanti, non quidem ſecundum rẽ, quia ſunt idem realiter, vt eſſe & viuere, ſed informat ſecundum rem omnia de quibus prædicatur participatiue, quia differunt realiter,ut habetur Quol.2.q.2.1.c.

Eſſe 66. 563 ¶Quod ipſum quod quid eſt,eſt principium demonſtrandi,an ſimpliciter,& quia hoc eſt 3.d.24.ar.1.q.2.2^{m}.

¶Immo quod quid eſt,ſequitur quæſtionẽ an eſt.1^{a}.q.2.2.2^{m}/.Poſt^{m}.2.lec.2.

¶Reſpondeo dicendum,ſicut Dubio 323.

Eſſe 76. 564 ¶Quod eſſe non eſt genus, nec eſt de ſignificatione alicuius generis.3.d.13.2.2^{m}.

¶Immo ens,eſt de ratione omnis entis. 12^{a}.q.94.2.c./.Quol.2.q.2.1.c./ Meth 4.lect.1./ Lect 5.

¶Reſpondeo dicendum,ſicut Dubio 300.

Eſſe 78. 565 ¶Quòd eſſe non poteſt eſſe commune per modum generis,cũ ſingula contenta in genere differant ſecundum eſſe.4.d.12.q.2.ar.1.q.1.2^{m}./.Po^{a}.q.7.1.c.prin.

¶Oppoſitũ videtur dicere.12^{a}.q.94.2.c./.Meth.4.lec.1.Lec.5.

¶Reſpondeo dicendum,ſicut Dubio 300.

Eſſe 84. 566 ¶Quod ad probandum aliquid eſſe oportet vti pro medio q̃d nominis,non aũt quid rei, quia q̃d rei ſequitur q̃õnem an eſt. 1^{a}.q.2.2.2^{m}./.3.d.24 ar.1.q.2.2^{m}./ Trin. 23.c./.Poſt.2.lect.2.

¶Immo oportet ſcire quid rei. Trin.23.c.

¶Reſpondeo dicendum,ſicut Dubio 323.

Eſſe 86. 567 ¶Quòd eſſe rei,eſt accidens,& pfectio eius,& non eſt eius eſſentia.2.d.3.q.1.1.c /.6^{m}./.Po^{a}.q.7.2.9^{m} /. Opuſ.42.c^{o}.5.fin.

¶Immo eſſe rei non eſt accidens eius. Potentia q6.5.4.3^{m}./. Phy.2.lec 3.prin.

¶Reſpondeo dicendum,q eſſe rei non dr accidens,quaſi ſit in genere accidentis,ſi loquamur de eſſe ſubſtantiæ. Eſt.n.actus eſſentiæ.Sed eſt accidẽs per quandam ſimilitudinem, quia nõ eſt pars eſſentiæ, nec eſt de ratione rei, ſicut nec accidens eſt de ratione rei,ut habetur Po^{a}.q.5.4.3^{m}./.Opuſ.42.c^{o}.5.

Eſſe 90. 568 ¶Quòd in qualibet creatura,differũt eſſe & eſſentia,operatio & po^{a},vel virtus operatiua.1^{a}.q.54.1.2.3.c./.q.77.1.c./.q.79.1.c.

¶Oppoſitum uidetur dicere.1^{a}.q.3.3.c./.3.d.5.q.1,3.0.

¶Reſpondeo dicendum,ſicut Dubio 214.

Aeternitas 3. 569 ¶Quod æternitas inueſtigari debet, per naturam interminabilitatis.1.d.8,q.2.1.0.

¶Immo æternitas inueſtigari debet,per naturam mutabilitatis & temporis. 1^{a}.q.10.6.c./ 1.d.14.q,1.2,3^{m}.

¶Immo æternitas inueſtigari debet,ex immutabilitate Dei.ꝯ.1.cap.15.

¶Reſpondeo dicendum, q oẽs iſti modi ſunt conuenientes. Sed non oſtendunt æternitatẽ eodem modo. Primus.n.procedit,per æthimologiã nominis ipſius æternitatis, ſecundus per naturam interminabilitatis,tertius uero,per naturam immutabilitatis Dei,ut habetur Opuſ.72.q.30.

Aeternitas 9. 570 ¶Quod æternitas excludit prin^{m} durationis. 1^{a}.q.42.2.2^{m}.

¶Oppoſitum uidetur dicere.Po^{a}.q.3.13.14.0.

¶Reſpondeo dicendum, q æternitas excludit prin^{m} durationis,non aũt prin^{m} originis. Ideo aliquid quod eſt ab alio,põt eſſe æternum, ut habetur 1^{a}.q.42.2.2.2^{m}./. 1.d.9.q.2.1.2^{m}./. Po^{a}.q.3.13.0./.14.12^{m}./.q.10.1.16^{m}.

571 ¶Quod poſſibile fuit mũdũ.i. creaturas eſſe ab æterno abſolute & po^{a} Dei,nõ aũt po^{a} paſſiua creaturarũ. Po^{a}.q.3.13.14.0.

¶Immo fuit poſſibile, etiam potentia paſſiua creaturarum. Meth.12.lect 7.prin^{o} /.Phy.8.lec.2.

¶Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 912.

572 ¶Quod æternitas ſignificat pluraliter.1^{a}.q.10.3.1^{m}. Aeternitas

¶Immo æternitas ſignificatur ſingulariter, cum non habeat 15.

partes.1^{a}.q.10.2.3^{m}.

¶Reſpondeo dicendum,q æternitas ſignificatur pluraliter,vel quia participatur in multis, vel propter menſuram inferiorẽ, ſcilicet propter tempus,vt habetur.1^{a}.q.10.3.1^{m}./.1.d.19.q.3 1.2.2^{m}./ 2.d.2.L./.5.d.26./.L.1^{m}./.Ro.10.ſ./.c^{o}.16.le.2.h./ Eph 2.lect.1.prin^{o}.

573 ¶Quod æternitas quadrupliciter differt ab æuo,quia menſurat ſubſtantiam æterni,cum omnibus quæ ei attribuuntur, & Aeternitas 30.

eſt per ſe ſtans,& eſt idem cum ſubſtantia æterni,& eſt interminabilis,ex parte principii & finis,nõ autem æuum.Quol.9.vel 10.q.4 c./.4^{m}.

¶Immo æternitas menſurat eſſe ipſius æterni,ſed nunc æternitatis,menſurat ipſum æternum.1 d.19.q.2.2.0.

¶Rñdeo dicẽdũ dupliciter.ſ primo,q magis proprie proceſſio durationis vĩ attendi ſm operationem, quam ſm eſſe. Vnde & tempus eſt numerus motus,vt habetur. 1^{a}.q.10.1.2^{m}.

¶Secundo dicendum,q æternitas, & eius nunc,ſunt idẽ re, & differũt ratione,ſicut ipſum æternum & eſſe eius,vt dicit. 1.d.19.q.2.2.0. Ideo in Quolibeto prædicto loquitur de eis, quo ad identitatem eorum realem, in primo autem Sententiarum,quo ad diſtinctionem rationis.

574 ¶Quòd ab omnibus prius tractatur de baptiſmo,quàm de eucharistia.4.d.2.q.1.3.0./.d.8.L.q.2.2^{m}. Euchariſtia 26.

¶Oppo^{m} uidetur dicere.3^{a}.q.65.2.0.

¶Reſpondeo dicendum, q ab omnibus prius tractatur de baptiſmo,quã de euchariſtia, non quidem pp ordinem rerum ſed vt ſunt in vſu fidelium,vt habetur primo loco.

575 ¶Quòd forma euchariſtiæ conuenienter ſignificatur. ſ.in facto eſſe,nõ autem in fieri.3^{a}.q.78.2.0./. 4.d. 8.q. 2.ar.2.q.3.0./ Euchariſtia 77.

2^{a}.Cor.11.lec.5.

¶Oppoſitum uidetur dicere a ſimili,quia illud quod fit,eſt.2.d.1.q.1.2.3^{m}./.3.d.3.q.5.2.5^{m}.

Rñdeo dicendũ,quod illud quod fit,non eſt eo modo quo fit, vt habetur.4 d.10.ar.2.q.2.2^{m}./.ꝯ.2.c^{o}.17.ſ.Quol.7.9.4^{m}.

Sed dr q illud quod fit,eſt improprie. Nulla.n.res permanẽs, põt ſimul fieri,& facta eſſe,ſi fieri,proprie ſumatur. Sed quædam ſunt,quæ ſignificant ipſum factum eſſe,per modũ fieri,ſicut cum dicitur motus terminari. Simul.n.terminatur,& terminatus eſt. Et ſimiliter ſimul illuminatur, & illuminatum eſt,eo q illuminatio eſt terminus motus. Et ſimiliter etiã forma ſubſtantialis,ſimul recipitur,& recepta eſt. Et ſimiliter aliquid ſimul creatur,& creatũ eſt,ut habetur.2.d.1.q.2.2.3^{m}.

576 ¶Quod hæc cõuerſio panis in corpus Chriſti, iportat ordinẽ ſubſtãtiarũ.Ideo eſt ſicut in ſubiecto in vtraq;.3^{a}.q.75. 4.1^{m}. Euchariſtia 93.

¶Immo hæc conuerſio,non habet ſubiectum.3.qu.75.4.2^{m}./. 5.4^{m}./ 7.c./.8.c./.2^{m}./.4^{m}.

¶Reſpondeo dicendum,q hæc conuerſio dicitur habere ſubiectum,ſed non proprium,vt habetur. 3^{a}.q.75.5.4^{m}.

577 ¶Quod forma ſubſtantialis panis,& uini,conuertitur in aĩam Chriſti.3^{a}.q.75,6.2^{m}./.4.d.11.q.1.ar.2.q.2.c.ſ. Euchariſtia 98.

¶Opp^{m} vr dicere.4.d.11.q.1.ar.1.q.3,2^{m}./.Quo.5. q.6.1.1^{m}.

¶Reſpondeo dicendũ, q verum eſt q forma ſubſtantialis panis & vini,conuertitur in aĩam Chriſti, vt dat eſſe corporeũ, non autem vt dat eſſe animatum tali anima.vt habetur.3^{a}.q.75.6.2^{m}./.5.d.11.q.1.ar.3,q.1.c.ſ.

578 ¶Quod hæc tranſubſtantiatio, eſt quidam motus, vel mutatio.4.d.1.q.1.ar.4,q.1.6^{m}./. d.12.q.1.ar.3.q.1.c.ſ /.2^{m}./. 3^{m}. Euchariſtia 108.

¶Immo in hac trãſubſtãtiatione,nõ eſt motus aliquis,cum ibi nõ ſit ſubiectũ cõe,nec etiã mutatio,quia terminus trãſubſtantiationis eſt pexiſtẽs actu.4.d.8.q.2.ar.1.q.3.1^{m}./.ꝯ.5.c^{o}.63.ſ.

¶Reſpondeo dicendum,ſicut Dubio 579.

579 ¶Quod licet ſumere euchariſtiam ab alio quàm a proprio ſacerdote.4.d.17.q.3.ar.3. q.4.c./.2^{m}. Euchariſtia 157.

¶Oppoſitum uidetur dicere.Opuſ.19.c^{o}.4.

¶Reſpondeo dicendum, q in ſecundo loco adiungit,vel habẽte ſuper eum iuriſdictionem, ſcilicet ex commiſſione.

580 ¶Quod ad digne ſumendum euchariſtiã, etia requiruntur.ſ. munditia conſcientiæ,deuotio actualis,ſ.vt in actu mẽs ſumẽtis feratur ad diuina. Vnde & ſacerdos monet populũ,corda ad Deum habere. Et munditia corporalis.4. d.9.ar.3. q.5.c./. ar.4.q.2.c./ d.12.q.2.ar.3.0/.q.3.ar.1.q.2.c. Euchariſtia 191.

¶Oppoſitum videtur dicere a ſimili,quo ad deuotionẽ actualẽ,ex parte ſumẽtis euchariſtiã,ſicut ex parte adorãtis hoſtiã, cũ nemo carnẽ Chriſti manducare debeat, niſi prius adoret, ſm Auguſtinum. Sed hoſtia dẽt adorari latria,ſub conditione in habitu.3^{a}.q.80.6.3^{m}./.4.d.9.q.1.ar.2.q.6.2^{m}.

¶Reſpon-

¶Reſponden dicendum, quòd intelligendum eſt de habitu de quo procedit actus,& non de habitu,de quo non procedit actus. Qui.n.eſt in habitu, & non in actu,ſimilis eſt dormienti. Oportet autem quod actus ille qui in adoratione latriæ conſiſtit,ab habitu aliquo progrediatur, vt habetur a ſimili. Ver.q.5.9.4m.q.10.2.2m. Non autem adorantes,vel ſumētes hoſtiam,ſunt rei idolatriæ,cum hoſtia debeat adorari latria, ſub conditione in habitu,& adorantes, uel ſumantes eam,æſtiment probabiliter hoſtiam eſſe conſecratam. Fides enim credentis non fertur ad has ſpecies panis, uel ad illas, ſed ad hoc,quod verum corpus Chriſti ſit ſub ſpeciebus panis ſenſibilis quando recte fuerit conſecratum. Vnde ſi non ſit recte conſecratum,fidei non propter hoc ſuberit falſum.22ſ.q.1.3.4m./.3a.q.80.6.2m./.3.d.9.q.1.ar.2.q 6.2m.

A. Euchariſtia.214. 581 ¶Quod euchariſtia ſumitur indigne, ſ.indeuote cum uoluntate peccandi,& celebrando contra ritum eccleſiæ.1ª.Cor.11. lect 7.prin.

¶Oppoſitum videtur dicere.3a.q.83.2.5m./.4.d.12.q.3.ar.1.q.4.1m.

¶Reſpondeo dicendum,ſicut Dubio 796.

B. Euchariſtia 218. 581 ¶Quod aliquis arcetur ab euchariſtia ſine culpa, ſ.ſuſpenſi, interdicti,& excommunicati,etiam excommunicatione minori.4.d.18.q.2.ar.4.q.3.3m.

¶Oppoſitum videtur dicere 4.d.9.ar.1.q.1.c.

¶Reſpondeo dicendum,ſicut Dubio 378.

Euchariſtia 222. 582 ¶Quod ante confeſſionem de peccato mortali,nullus debet ſumere euchariſtiam,ſi habet copiam cōfeſſoris,& neceſſitas non vrget,ſicut vrgentur ſacerdotes parochiales 4.d.16.5m./.d.17.q.2.ar.5.q.1.3m./.q.3.ar.1.q.4.c./.1ſ. Cor.11.lec.7.ſi.

¶Immo quilibet qui in peccato mortali exhibet ſe miniſtrū eccleſiæ in aliquo ſpirituali,peccat mortaliter.22. .33.5.0./.4.d.19.q.2.ar.2.q.2.0.

¶Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 796.

Euchariſtia 226. 583 ¶Quod iniuria ſit euchariſtiæ,ſi hoſtia conſecrata,conſecretur iterū.4.d.6.q.1.ar.1.q.1.1m./.d.12 q.3.a.1.q.1.1m /.3.4.c°.59.ſi.

¶Oppm videtur dicere a ſimili. 3a.q.66.9 4m /. q 68.7.3m./.11.4m /.4.d.6.q.1 ar.1.q.1.4m./.q.2.ar 1.q.1.c.

¶Reſpondeo dicendum,ſicut Dubio 265.

Euchariſtia 249. 584 ¶Quod quicquid eſt effectus paſſionis Chriſti,eſt effectus euchariſtiæ.3a.q.79.1.c./.q.83.1.c./.Io.6.lect.6.ſi.

Oppoſitum videtur dicere 4 d.2.q.1.2.1m.

¶Reſpondeo dicendum,q euchariſtia ordinatur ad vltimum effectum paſſionis Chriſti,quaſi completiſſime ab ea efficaciam habens. Vnde per baptiſmū datur primus actus vitæ ſpiritualis,ſed per euchariſtiam datur complementum eius, vt habetur.3a.q.79.1.&c./.2m./.6.2m./ 6.2m./.4.d.2.q.1.2.1m.

Aeuum 1. 585 ¶Quòd æuū nō eſt niſi quędā æternitas participata.1.d.8.q.2.2.c.ſi./.d.19.q.2.1m./.2.d.2.q.1.1.2.c.ſi./.3.5m./.Qu.5.7.c.

¶Oppoſitum uidetur dicere.1a.q.10.5.1m./.2.d.2.

¶Reſpondeo dicendum,ſicut Dubio 129./.131.586

Aeuum 6. 586 ¶Quòd nunc æui,differt realiter ab æuo.1.d.19.q.2.1 c.

¶Immo nunc æui,eſt ipſum æuum.Opuſ.36.cª 3.

¶Rñdeo dicendū,q in primo ſententiarum, accipit nunc æui,pro menſura adæquata ipſius æuiterni,ſed æuum pro menſura adæquata ſui eſſe.Ideo ſicut æuiternum & eſſe eius, differunt realiter,ita & nunc æui,& æuum.Sed in Opuſculo dicit,q nunc æui,eſt ipſum æuū,quia æuū eſt indiuiſibile,& immobile,ſicut & nunc eius.Et menſurat rem,vt eſt immobilis.

Ex.2. 587 ¶Quod Ex,quandoq; denotat ordinem temporis tantū,quandoque ordinem principij agentis, & quandoq; principium materiale.1.d.3.q.2.1.c.

¶Oppoſitum videtur dicere, quia etiam importat habitudinem cauſæ formalis. Ver.q.2.7.17m.

¶Reſpondeo dicendum.q ex,importare poteſt,habitudinem cauſæ formalis,efficientis,& finalis,in amando ex charitate, ut habetur.Ver.q.2.7.17m.

Excluſio 7. 588 ¶Quod dictio excluſiua, addita vni relatiuorum,excludit aliud,& omne quod eſt in alio ſuppoſito.1a. q.31.4.3m./.1.d.21.q.1.2.c.

¶Oppoſitum videtur dicere.1a.q 13 7 6m.

¶Rñdeo dicendum, q in diuinis dictio excluſiua,addita vni perſonæ,in prædicatis perſonalibus excludit aliam, non autē in prædicatis eſſentialibus,vt hſ.1.q 31 4 0.q.36.2.1m./. con. 4.c°.25./.Poª.q.10.4.12m./.Matt.11./. Ro.cn.11.Lec.2.ſi.

Exemptus 1. 589 ¶Quòd exemptus peccans re non exempta,poteſt ab ordinario iudicari.22ſ.q.67.1.3m.

¶Oppoſitum videtur dicere.22ſ.q.60 2.c./ 6.0./. q.8.5.3m.

¶Reſpondeo dicendum,ſicut Dubio 552.

Exequutio 1 590 ¶Quod exequutio operis,non ſemper eſt in poteſtate hominis.Veri.q.24.1.1m.

¶Oppoſitum videtur dicere a ſimili.4.d.17.1.2m.

¶Reſpondeo dicendum,ſicut Dubio 1202.

Exorciſmus 3. 591 ¶Quòd exorcizare pertinet ad ſacerdotem,& ad exorciſtā. 3a.q.71.4.c./.1m./.2m.

¶Immo pertinet tantum ad ſacerdotem, ſicut & benedicere aquam baptiſmalem.3a.q.67.3.2m.

¶Reſpo.dm, q exorcizare eſt propriū officiū exorciſtæ inſtaliter.Sed ſm conſuetudinē,totum ſit a ſacerdote,propter vnitatem.3a.q.71.4.c./.1m./ 2m./.4.d.6.q.2.ar.3.q.3.c.

592 ¶Quòd aliquis dr experiri aliquid dupliciter. ſ. vel acquirēdo habitum cognitionis ex ſenſibilibus,quorum propria eſt experientia,vel applicando habitum rebus. Secundū cōuenit Adę, non autem primum, Sed vtrumq; conuenit nobis.2.d.23.q.2.2.2m./.4.diſt 1.q.1.ar.2.q.1.c /.1m. Experiētia 3.

¶Immo ēt pm. cōueniebat Adę.1a.q.101.1.0./. 2.d.20.q.2.2.0.

¶Reſpondeo dicendum,ſicut Dubio 1107.

593 ¶Quòd experientia in operabilibus non eſt poª,& non ſolum cauſat ſcientiā,ſed ēt habitū, qui facit operationē virtutis vel vitij faciliorem,p conſuetudinē quæ eſt quaſi altera natura, ſecundum Philoſophum.12c q.40.5.1m. Ver.q.24.10.c. Experiētia.7.

¶Immo experimentum, eſt experimentalis poª. Meth.lect.1.

¶Reſpondeo dicendum,q eſt experimētalis pon. i.aptitudo ad faciliter operandum, non autem potentia proprie dicta.

594 ¶Quod res dr ſimplr vera vel falſa,tm ab intellectu, a quo dependet,vt res naturalis,ab intellectu diuino,& artificialis a noſtro.1a.q.16.1.c./.q.17 1.0./.Ver.q.1.4.c /.10.0.Perier.le.3.0. Falſitas 12.

¶Immo res dr vera vel falſa,a ſeipſa.1a.q.17.1.c./.Perier.le.5.

¶Reſpondeo dicendum,q res naturales dnr falſæ,nō quidē p ſe,ſed p accidens,& ſm quid,reſpectu intellis noſtri dupliciter.ſ.ratione ſignificati,& ſm rationem cauſæ, ut ht 1a.q.17.1.c /.1.d.19 q.5.1.c./.Ver.q.1.4./.Meth.5.lect.ſi. dicuntur aūt res aliquæ veræ vel falſæ,per cōparationem ad intellectū noſtrū,nō quidē eſſentialiter vel formaliter,ſed effectiue,inquantū ſnotæ ſunt facere de ſe, veram vel falſam æſtimationem. Et ſm hoc dicitur aū ū verum vel falſum, ut habetur Perier.lect.3.

595 ¶Quòd fama bona eſt nobis neceſſaria propter nos, quia eſt præcipuum bonum inter exteriora bona, quia facit idoneū ad officia humana,& præſeruat a peccatis. Et eſt neceſſaria propter alios,ne ſcandalizentur,& malum exemplum ſumant ad peccandum.12ſ.q.73.2.3.c /.Ver.q.3.1.c. Fama.1.

¶Immo appetere famam pp ſe, pertinet ad inanē gloriā, ſed appetere eam propter alios, pertinet ad charitatem. quia non eſt neceſſaria propter nos,ſed propter alios. Quol.9.vel 10.q.6.2.c./.1ſ.Cor.4.lec.1.a med./.1ª.Cor.6.lect.2.a med.

¶Reſpn.dm,q illi quibus incūbit,uel ex officio,vel ex ſtatu pfectionis,aliorū ſaluti prouidere,peccāt,niſi infamiā propriam iuxta poſſe repellant, & famam ſeruēt. Alij uero quibus magis cuſtodia ſuæ ſalutis imminet,pñt ſuæ humilitati puidētes,famam uel infamiam cōtemnere, ut habetur Quol.11.q.6.2.c.

596 ¶Quòd fantaſma ante receptionē ſpeciei comparatur ad intellectum poſſibile n ut obiectum,ſed poſt receptionem comparatur ut inſtrumentum,uel fundamentum ſpeciei.3. 2. .m.72. Fantaſma. 4.

¶Oppoſitum uidetur dicere.3.d.31.q.2.4.5m.

¶Reſpondeo dicendum,ſicut Dubio 752.

597 ¶Quòd fatū nō eſt cauſa.ſed ſimilitudo cauſę diuerſi ordinis, nec eſt effectus,niſi ut diſpōis generantis. Opuſ.28.ar.2.ſi /.5. Fatum.6.

¶Immo inquantum fatum eſt cauſa, inquantum & ipſæ cauſæ ſecundæ. 1a.q.116.2.2m.

¶Reſpondeo dicendum,q fatum eſt aliquid cauſæ, licet non ſit vera cauſa,vt habetur Opuſc.28.ar 2.ſi.

¶Reſpondeo dicendum tripliciter,ſ.primo,q vt colligi poteſt 2.diſt.20.q.2.2.2^{m}. Potentiæ ſenſitiuæ dupliciter conſiderari poſſunt.ſ.vel ſecundum ſe, vel vt illuſtratæ lumine intellectus agentis.Primo modo potentiæ ſenſitiuæ ſunt inferiores intellectu poſſibili . Ideo non erat conueniens in illo ſtatu recto,q intellectus acquireret ſcientiam ex ſenſibus , quia tunc inferiora dependebant & perficiebantur a ſuperioribus, & non a contrario . Secundo autem modo ratione intellectus agentis qui eſt ſuperior intellectu poſſibili , poterat intellectus poſſibilis accipere ſcientiam ex ſenſibus.

¶Secundo dicẽdum,q tunc accepiſſet ſcientiam, ex ſenſibus, quo ad vſum , applicando habitus infuſos ad fantaſmata, non autem acquirendo habitum ſcientiæ de nouo,ut habetur 2.d. 20.q.2.2 3^{m}./.d.23.q.2.2.3^{m}.

¶Tertio dicendum, ſicut Dubio 1118.

1107 ¶Quod diſciplina quæ eſt receptio cognitionis ab alio,requiritur ad ſcientiã.1 ar q.4.1.c./Meth.4 lec.5./Poſter.1.lec.1. S.Sciẽtia 85.

¶Oppoſitum videtur dicere.1ª.q.117.1.c./ Veri. q6.11.1.c./ Quol.8.4.c.

¶Reſpondeo dicendum , q ad ſcientiam ab alio acquiſitam, requiritur diſciplina,non autem ad ſcientiam per inuentionẽ propriam,ut habetur 1ª.q.117.1.c./3^{m}./ 4^{m}.

1108 ¶Quod ille qui in aliqua ſcientia acquirit per primam demonſtrationem, ſcientia concluſionis vnius,habet quidem habitum ſciẽtię,ſed imperfecte.Cum autem acquirit per aliquã aliam demonſtrationem,ſcientiam concluſionis alterius, non aggeneratur in eo alius habitus ſciẽtiæ,ſed habitus qui prius inerat ſit perfectior,vtpote ad plura ſe extendens. 1a2.q.51.4. 3^{m}./ q.54 4.3^{m}./ q 65.1.1^{m}. Scientia 85.

¶Immo geometer modico ſtudio acquirit habitum ſcientiæ de concluſione,quam numquam conſiderauit. 1a2.q.65.1.1^{m}

¶Immo & tota una ſcientia,cõtinet diuerſas particulares ſciẽtias,reſpectu diuerſarum concluſionum. Veri.q.8.16.4^{m}.

¶Reſpondeo dicendum, q in duobus primis ſucit loquutus de ſcientia,ſecundum q eſt ſimplex qualitas . In alijs autem ſecundum q eſt quoddam aggregatum,ut ſuperius declaratum eſt.Dubio 1099.

1109 ¶Quòd diuerſitas ſcientiarum ſequitur ad diuerſitatem primorum principiorum in genere , & generis ſubiecti formalis. Poſter.1.lec.41. Sciẽt a 103.

¶Oppoſitum

¶Oppoſitum videtur dicere à ſimili.3ª.q.9.4.3m./.An:.18.2m
¶Reſpondeo dicendum,ſicut Dubio 1110.

Scientia 106. 1110 ¶Quod ſcientia,quæ habetur per reuelationem diuinam. Et ſcientiæ humanitus inuentæ differunt ſecundum genus. Vnde theologia,quæ ad ſacram doctrinam pertinet,differt ſm genus ab illa theologia,quæ pars philoſophiæ ponit.1ª.q.1.1.2m.
¶Immo omnes habitus,qui ſunt in eadem potẽtia, ſunt eiuſdem generis,licet differant ſpecie, propter differentiam obiectorum formaliter.12ª.q.54.2.1m.
¶Reſpondeo dicendum dupliciter.ſ.primo, q in prima Parte loquitur de genere propinquo nobis innominato, Sed in Prima Secundæ loquitur de genere remoto.
¶Secundo dicendum,q in prima parte loquitur de genere logico. Sed in Prima Secundæ loquitur de genere phiſico.

Scientia 108. 1111 ¶Quod ſcientia infuſa, & ſcientia acquiſita ſunt diuerſarum rationum, & diuerſarum ſpecierum. Vnde nihil prohibet de eiſdem rebus,de quibus phiſicæ diſciplinæ tractant,ſecundum quod ſunt cognoſcibiles lumine naturalis rationis, & aliam ſcientiam tractare,ſecundum quod cognoſcuntur lumine diuinæ reuelationis.1ª.q.1.1.2m./22ª.q.63.4.0./.3ª.q.9.4.3m.
¶Immo ſcientia Adæ,quæ fuit per ſpecies à Deo infuſas, fuit eiuſdem rationis cum ſciencia noſtra, quæ eſt per ſpecies acquiſitas.1ª.q.94.3.1m.
¶Reſpondeo dicẽdum tripliciter.ſ.primo,q 1ª.q.1.1.2m. vult, quod ſint diuerſarum rationum propter diuerſum lumen.Sed q.94.3.1m.dicit,quod ſunt eiuſdem rationis,quia ſunt per idẽ lumen naturale,licet per diuerſas ſpecies.ſ.in Adam per infuſas,in nobis autem per acquiſitas, quæ non diuerſificant ſcientias,ſine rationem ſcientiæ in eodem ſubiecto.
¶Secundo igitur dicendũ,q 3ª.q.9.4.3m loquitur de ſciẽtia infuſa,& acquiſita in eodẽ ſubiecto,vt probatur 1ª q.85.4.c./.3ª.q.35.5.c./.3.dist.23 q.2.ar.4.q.3.c. Sed 1ª.q.94.3.1m.loquitur in diuerſis ſubiectis.ſ.in Adam,& in nobis. Ideo dicit, q potentia viſiua,quæ hr per naturam, & quæ hr per miraculũ, ſunt eiuſdem rationis. Ideo non poſſent eſſe ſimiliter in eodem oculo.
¶Tertio dicendum,q quia habitus diſtinguuntur ſpecie ſecundum diſtinctionem formalem obiectorum,& ſecundum ordinem ad diuerſa,vt probatur de virtutibus infuſis,& acquiſitis.12ª.q.63.4.0. & in anima Chriſti ſcientia infuſa, & acquiſita ſunt diuerſorum obiectorum formalium pp diuerſum lumen, & ordinantur ad diuerſa,vt dr 3.q.9.4.0 Ideo concluditur ubi ad tertium, q ſunt diuerſarum rationum. Scientia vero Adæ infuſa,& ſcientia noſtra acquiſita ſunt eiuſdem rationis, quia ſunt eiuſdem obiecti,& ordinantur ad idem. Vnde licet 12ª.q.63.4.o.probetur, q virtus infuſa differt ſpecie à virtute acquiſita, tñ ibi ad tertium dr, q ſi Deus infunderet tales virtutes, quales per actus acquiruntur,eſſent eiuſdẽ rationis,& eiuſdẽ ſpeciei, ſicut & oculus productus per naturã, & productus per miraculum,ſicut ẽt Adam,Eua, Chriſtus, & cæteri ſunt eiuſdem ſpeciei, licet cæteri producti ſint per naturam & Adam, Eua,& Chriſtus immediatè formati ſint à Deo.

Scientia 113. 1112 ¶Quod ſcire in vniuerſali, & in particulari non diuerſificat ſcientia quo ad rem ſcitam, à qua habitus habet ſpeciem, & vnitatem,ſed quo ad modum ſciendi. Verit.q.14.12.1m.
¶Oppoſitum videtur dicere.1ª q.85.2.2m./.Ver.q.25.1.c./.6m.
¶Reſpondeo dicendum,ſicut Dubio 766.

Scientia 124. 1113 ¶Quod illa ſciẽtia eſt aliarum rectrix,& gubernatrix,ſub cuius fine aliarũ fines continẽtur.1.prolo.q.1.1.c./. Met.,plo.prin.
¶Immo omnium rerum eſt vnus vltimus finis, in quẽ omnia conueniunt.12ª.q.1.8.c.
¶Reſpondeo dicendum, quod in Prima Secundæ loquitur de fine vltimo in ordine rerum totius vniuerſi. In aliis autem locis de fine conſiderationis ſcientiarum.

Scientia 151. 1113 ¶Quod aliqua ſcientia imperat aliis tanquam ancillis eis vtendo.1ª.q.1.5.b./.2m./.1.prolo.q.1.1.c./.Cont.3.cº 50.ſi./. Met. prin.1ª.Cot.4.
¶Immo imperare eſt actus rõnis, & nõ ſcientiæ.12ª.q.17.1.o.
¶Reſpondeo dicendum,quod imperare eſt actus rationis, vt principij directiui quo ad eſſe rei imperatæ,ſed eſt actus ſcientiæ quo ad bene eſſe rei ſcitæ,vt iam eſt.

Scientia 159. 1114 ¶Quod donum ſcientiæ eſt principaliter ſpeculatiuum,& ſecundario practicum,ſicut & fides.22ª.q.8.6.c./.q.9.3.o./.quæſtio 52.2.1m.
¶Immo donum ſcientiæ eſt tantum practicum.3.diſt.35. q.2. art.3.q.2.o.
¶Reſpondeo dicendum,quòd vt habetur 1ª.q.14.16.c.Scientia dicitur ſpeculatiua, vel practica tripliciter. ſ. vel ratione obiecti,vel ratione finis,vel ratione modi procedendi. Vnde donum ſcientiæ ratione obiecti eſt practicum tantum,quia eſt tantum de humanis, quorum cognitio non eſt neceſſaria ad ſalutem,niſi practica, vt habetur 22ª. q.9.2.o./.diſt.35.q.2.artic.3.q.1.o. Sed ratione finis donum ſcientiæ eſt principaliter ſpeculatiuum, & ſecundario practicum, ſicut & fides ad quam ordinatur,vt habetur 12ª.q.5.3.c.

1115 ¶Quòd ſcientificum, & ratiocinatiuum, ſeu opinatiuum ſunt duæ ſæ potentiæ animæ.ſ.ratio vniuerſalis, ideſt intellectus poſſibilis,& ratio particularis,ideſt cogitatiua.1.diſt.24.q.1.2.2m./.3.d.17.art.1.q.3.3m./.Veri q.15.2.3m / Anima 12.c.ſi /. Ethic.6.lect.1 ſi./.lect.2./.Anima 3.lect.15./.lect.16. Scientificũ 2.
¶Immo ſunt vna,& eadem potentia animæ.ſ.intellectus poſſibilis.1ª.q.79.9.3m.
¶Reſpondeo dicendum,quod vt habetur 1ª.q.86.3.c./.Eth.6.lect.1. ſi. Contingens poteſt ſumi dupliciter.ſ. vt contingens, ideſt in particulari. Et ſic ſcientificum,quod eſt circa neceſſaria,ideſt intellectus poſſibilis,qui non cognoſcit particulare directe,ſed reflexiue, ideſt mediante potentia ſenſitiua, eſt alia potentia,quàm ratiocinatiuum, ſeu opinatiuum, ideſt quam cogitatiua,quæ eſt immediate, ſeu directe de contingenti, vt ſic,ideſt de ſingulari. Alio modo ſumitur contingens in vniuerſali,ſecundum quod in eo inuenitur ratio neceſſarij, vt patet in ſcientia naturali,& in ſcientia morali. Et ſic eadẽ potentia, ſ.intellectus poſſibilis dr ſcientificum,ſm q eſt de neceſſariis, & ratiocinatiuum,ſeu opinatiuum,inquantũ eſt de contingentibus in cõi. Et ideo non ſolum ſapientia, ſcientia, & intellectus,quæ ſunt circa neceſſaria,ſunt in ſciẽtifico ſecundũ Ariſt. ſed etiam ars,& prudentia,quæ ſunt de contingenti,& ſunt in ratiocinatiuo,ſeu opinatiuo.ſ.in intellectu poſſibili ſubiectiue.

1116 ¶Quòd ſecundum quod ipſum,& prædicari per ſe,& vniuerſaliter ſe habent ex additione,Poſter.1.lect 9.princ. Sẽdm quod ipſum.
¶Immo per ſe, & ſecundum quod ipſum ſunt idem. Cont.2. cº 15.1m./.Poſter.1.lect.11.
¶Reſpondeo dicendum, quod ſunt idem ſecundum rem, ſed differunt ratione,vt habetur primo loco.

1117 ¶Quòd ſemen mulieris nihil facit ad generationem prolis. Ideo aliquæ concipiunt ſine eo. 3ª.q.31.5.3m./. q.35.3.3m./. 3.diſt.3.q.5.1.c./.diſt.4.q.2,1.c./.2m. Semen 10.
¶Immo ſemen fœminæ ſe habet actiue.3ª.q.31.5.3m./.q.32.4.c./ q 35.3.3m./.Cont.4.cº 44 ſi.Matth.ſi.
¶Reſpondeo dicendum dupliciter.ſ.primo,quod ſemen fœminæ eſt imperfectum in genere ſeminis, propter imperfectionem virtutis fœminæ. Vnde fœmina ſe habet actiue in præparatione materiæ,non autem in conceptione prolis,vt habetur in ſecundis locis.
¶Secundo dicendum,ſicut Dubio 661.

1118 ¶Quòd virtus,quæ prius fuit in ſemine, vt formatiua corporis,manet poſt aduentum animæ rationalis,vt regitiua corporis, ſicut etiam ſpiritus, in quo tota fere ſubſtantia ſpermatis conuertitur.Cont.2.cº 87.ſi./.Potª.p.3.9.16m / 11.8m. Semen 18.
¶Immo virtus illa deſinit eſſe,diſſoluto ſemine,& euaneſcente ſpiritu qui inerat.1ª.q.118.1.4m.
¶Reſpondeo dicendum,q deſinit eſſe ſecundum ſubſtantiam, & vt formatiua corporis, manet tamen ſecundum efficaciam, vt regitiua eiuſdem corporis, vt habetur in primis locis.

1119 ¶Quod ſenſibilium aliqua immutant ſenſum ſpiritualiter tantum,vt color,quædam autem materialiter,vt guſtabile,& tangibile. Aliis vero vtroque modo.1ª.q.67.2.c./.q.78.2.c./.2.diſt.24.art.2.q.1.c./.Metaph.4. Senſibile 7.
¶Immo omne ſenſibile immutat ſenſum realiter, & naturaliter.2 diſt.13.3.c.
¶Reſpondeo dicendum,ſicut Dubio 787.

1120 ¶Quod ſinguli motus ſenſualitatis ſunt in poteſtate noſtra, non autem omnes ſimul. 12ª.quæſt.74 3.2m./ 2.diſt.24.q.3.2.c.ſi.&c. Sẽſualitas 10
¶Immo etiam omnes ſimul,vt videtur dicere à ſimili.2.diſ.5.q.2.1.o./.diſt.28 3 4 o.
¶Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 689.

1121 ¶Quòd ſenſus eſt quædam deficiens participatio intellectus. 1ª.q.77.7.c. Senſus 4.
¶Immo ſenſus, & intellectus differunt realiter. 1ª.q.84 6.c./. Anima 3.lect.4.0.
¶Reſpondeo dicendum,ſicut Dubio 746.

1122 ¶Quod ſentire, & intelligere ſunt actiones immanentes. 1ª. quæſtio.14.2.1m./.quæſtio.54.1.c./ 12ª.quæſtio.31.5.c./.1.diſtinctione 40. quæſtione 1.1.1m./. Contra 1. capº 100.2m./. lib.2.capº 1./.lib.3.capº 20.2m./.Veritas,quæſtio.8.6.c./.Potª. q 10.1.c. Senſus 32.
¶Immo ſentire non eſt totaliter remotum à genere actionum ad extra.1ª.q 27.5.c./.Metaph.5.lect.16.ſi.
¶Reſpondeo dicendum,quod ſentire,quod eſt operatio in ſentiente, eſt extra naturam intellectualem. Sed dicitur non eſſe remotum à genere actionum, quæ ſunt ad extra, quia ſentire perficitur per actionem ſenſibilis in ſenſum,vt habetur 1ª. q.27.5.c.

1123 ¶Quod ſenſus iudicat,& cognoſcit ſe ſentire. Verit.q.1.9.c./. q.10.9.c./.Potª.q 3.7 c. Senſus 34.
¶Oppoſitum videtur dicere.1ª.q.14.2.1m./.q.76 4 2m./ q.87 3.3m./.2.diſt.19.1.c.ſi / 3.diſt.23.q.1.2.3m./ Cont.2.capº 65. 4m./.Anima lect.8.

¶Reſpondeo dicendum, ꝙ actus ſenſus proprii, non ſentitur a proprio ſenſu, ſed percipitur per ſenſum communem, vt habetur. Anima lec. 8.

1124 ¶Quòd ſignum quandoque dicitur cauſa. ſ. quando eſt notior effecto. Sed ſæpius dicitur de effectu, & diuiditur contra cauſam. Tamen ideo ſcriptura potius dicit vt luminaria cœli ſint in ſigna quam in cauſas, ut occaſione idolatriæ tolleret. 3ª. q6. 70. a 2m./.2.d.25.q.1.a.1m /.3m./ 2.d.1.q.1.ar.1.q.1.5m./.diſt. 47.q.1.a.1.q.1.c./.d.48.q.2.t.c /.2.3m./.3.3m./. 3.3.cº.12. ſi./. L.1.4.cº.55.3m./.97.1m./ 4m./.Veri.q.9 4.5m./Poª.q.5.9.c.

¶Oppoſitum videtur dicere. Poª.q.7.7.10m.

¶Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 471./.1146.

Sillogiſmus 1. 1125 ¶Quòd ſillogiſmus dialecticus, ē ex probabilibus, Poſt.1.lec.1.

¶Immo eſt ex neceſſariis, cum dialectica ſit ſcientia, & non opinio. Meth.4.lec.4.

¶Reſpondeo dicendum, ꝙ dialectica per reſpectū ad ſuas cauſas, & paſſiones, & principia. ſ. ſecundum ꝙ eſt docens, eſt ſcia, & formantur in ea vniuerſales propoſitiones & neceſſariæ. Sed quantum ad vſum, ſiue quantum ad modum procedendi, ſic nō vtitur propoſitionibus vniuerſalibus & neceſſariis, ſed probabilibus in ſillogiſmo dialectico, vt etiam ſuperius de Rethorica dictum eſt. Dubio 1093.

Similitudo 17. 1126 ¶Quod ſimilitudo in diuinis, aliter pertinet ad uerbum, & aliter ad amorem. 1ª.q.27.4.2m.

¶Immo ipſe amor, non eſt ſimilitudo, 1ª. q. 27.4 3m./. contra 4.cº.23.fin.

¶Reſpondeo dicendum, ꝙ ſimilitudo ad verbum pertinet inquantum ipſum eſt quędam ſimilitudo rei intellectæ, ſicut genitum eſt ſimilitudo generantis. Sed ad amorem pertinet, nō quod ipſe amor ſit ſimilitudo, ſed inquantum eſt principium amandi, vt habetur 1ª.q.27.4.2m.

Simonia 1. 1127 ¶Quòd ſimonia eſt ſtudioſa voluntas emendi vel vendendi aliquid ſpirituale, vel annexum ei. 22ª.q.100.1.0./.4.d.25.q 2. ar.1.q.1.0./.3.6.

¶Immo annexum ſpirituali, licet vendere aliquo modo tempore neceſſitatis, 22ª.q.100.1.6m./. 4.0./.4.d. 25.q.3. ar.3.q.3.o.

¶Reſpondeo dicendum dupliciter. ſ. primo, ꝙ annexum ſpirituali eſt duplex. ſ. vel dependens ex re ſpirituali, ut beneficia eccleſiaſtica, vel ordinatum ad aliquid ſpirituale, vt vaſa ſacra & iuſpatronatus. Secundum licet vendere aliquo modo ratione materiæ, in neceſſitate eccleſię, non autem primum, quia ſic eſſet ſimonia, ut habetur in locis ſecundo allegatis.

¶Secundo dicendum, ſicut Dubio 5.

A Simonia 38. 1128 ¶Quòd ſciens epiſcopum eſſe ſimoniacum, non manifeſtū iuridice, debet ei obedire, ſumendo ordines ab eo, ſi non poteſt ſubterfugere, non autem ab eo manifeſto iuridice, quia tunc ſuſpenſus eſt, etiam quo ad alios, occultus vero, quo ad ſeipſum tantum primo modo. 4.d.25.q.3 ar.1.q.3.1m.

¶Immo nullus debet ſibi obedire, recipiendo ordines ab eo, quacunque ex cauſa, 22ª.q.100.6.2m.

¶Reſpondeo dicendum, ꝙ ſi ei conſtat ꝙ ſit manifeſte & iuridice ſimoniacus, non debet ei obedire, nec communicare. Si autem ei non conſtat, poteſt obedire, ut habetur ſecundo loco.

B Simpliciter 3. 1128 ¶Quòd ſimpliciter & per ſe dictum, intelligitur de eo quod per prius dicitur. Perier. 1 lec. 5.

¶Oppoſitum uidetur dicere. Veri.q.7.5.3m.

¶Reſpondeo dicēdum, ꝙ intelligitur de eo quod per prius dr, ſecundum ſe acceptum. Sed quandoque intelligitur de eo qđ per poſterius dicitur, ratione adiuncti, ſicut ens in alio, intelligitur de accidente, vt habetur Veri.q.7.5.3m.

Sindereſis 6. 1129 ¶Quod ſindereſis ſemper remurmurat ꝗ peccante, ſed nō percipit, propter inclinationem habitus, vel impetum paſſionis. 2. d.39.q.3.1.4m./.Veri.q.16.3.c./.1m./ 3m.

¶Oppoſitum videtur dicere, 2.d.20 q.2.3.5m./.d.28.2.0.

¶Reſpondeo dicendum, ꝙ ſi animus exterius contrarium conſcientiæ proferat, non tamen mens ſua interius ſta tenet, propter impetum paſſionis, vt habetur 2 d.39.q.3.1.4m.

Sobrietas 1. 1130 ¶Quod ſobrietas eſt circa potum ebriatiuum, 22ª.q6.143.c. prin /.q.149.1.0.

¶Immo ſobrietas eſt circa cibos.4.d.44.q.1.2.3m.

¶Reſpondeo dicendum, ꝙ ſobrietas proprie, eſt circa potum ebriatiuum, large vero eſt circa cibos & omnem materiam, quia ſobrius dicitur, quaſi briam. i. menſuram ſeruans, vt habetur in primis locis.

Socrates 4. 1131 ¶Quòd medicus ſanat per ſe Socratem, cui accidit eſſe hominem. Meth.1.lec.1.

¶Immo iſta eſt per ſe. Socrates eſt homo. Et quod conuenit alicui per ſe, tamen poteſt ſeparari ab eo. 1ª.q.50.5.c./.contra 2. cº.54.1m./.Anima 14.c.prin.

¶Reſpondeo dicendum, ꝙ Socrati conuenit eſſe hominē per ſe, ſm ſe acceptū, ſed non vt ſanatur, ut habetur in primo loco.

Solus 6. 1132 ¶Quòd hæc proprie non conceditur. Pater vel trinitas eſt ſolus Deus, niſi ex parte prædicati intelligatur aliqua implicatio. 1.q.31.3.2m.

¶Oppoſitum videtur dicere. 1.diſt.21.q.2.0.

¶Reſpondeo dicēdum, quod Sanctus Doctor vtrobique vult, quod ly ſolus ſit conditio ſuppoſiti. Sed quia in prima parte attendit modum ſignificandi, & prædicatum ſtat formaliter, & ſignificat per modum formæ, non autem per modum ſuppoſiti, ideo dicitur, quod ly ſolus non proprie ponitur ex parte prædicati. Sed in primo Sententiarum attendit rem ſignificatam. Et eſſentia diuina ſubſiſtit, & habet rationem ſuppoſiti etiam non intellecta diſtinctione perſonarum. Ideo dicit, quod poteſt poni ly ſolus in prædicato tali.

1133 ¶Quod pater, & filius in diuinis ſunt duo ſpirantes, ſed vnus ſpirator. 1ª q.36.4 7m. Spiratio 4.

¶Immo ſunt etiam duo ſpiratores. 1.diſt.11.4.0./.diſt.12.3.c./. diſt.19.4.2m.

¶Reſpondeo dicēdum dupliciter, ſ. primo, ꝙ ſpirator poteſt ſumi dupliciter ſ. ſubſtatiue, & adiectiue, quia eſt nomen verbale. Et ſm Grammaticos, nomina verbalia ſunt ſubſtantiua voce, & adiectiua ſignificatione. Ideo auctoritatem S. Hilarij. 3. de Trin. exponens. 1ª.q 36.4.7m. ſ. ꝙ Spiritus ſanctus à Patre, & filio autoribus confitendus eſt, dicit, ꝙ Hilarius accepit ſubſtantiuum pro adiectiuo. Si ergo ſpirator ſumatur ſubſtantiue, ſunt vnus ſpirator. Si vero adiectiue ſunt duo ſpiratores, quia adiectiua numerantur ſm numerum ſuppoſitorum quibus adiunguntur. Subſtātiua vero ſecundū numerū formæ ſui ſignificati, vt hr 1ª.q.36.4.7m./.q.39.3.c./.1.d.9.q.1.2.0./.d.23. 4.4m./.d.25 4.c./.d.29.4.c./.3.d.1.q.2.4.6m./.Po².q.9.6.c.

¶Secundo dicendum, ꝙ in primo Sent. attendit ſignificationē nominis: in prima vero parte attendit modum ſignificandi. Et quia nomina verbalia ſignificant actum, & actus numerantur ſecundum ſuppoſita, quia actus ſunt ſuppoſitorum, vt habetur 1. Metaph. ideo dicit in primo Sent. quod ſunt duo ſpiratores. Sed quia nomina verbalia non ſignificant per modum actus, ſicut verba & participia, ſed per modum ſubſtātiæ, & præcipue ſubſtantiua, ideo in prima parte dicit, ꝙ ſunt vnus ſpirator.

1134 ¶Quòd Pater, & Filius ſunt vnum principium Spiritusſancti vnitate notionis communis. 1ª.q.35.2.c./.q.36.4.0./.1.diſt.11. 4 3m./.diſt.12.2.c /.1m /.3m./. diſt.29 4 0./ Cont.4.cº 25.ſi./. Opuſ.1.cº 11.ſi / Opuſ.9.q.25./.Io.8.lect.3.cº 15.lect.3.ſi. Spiritus 22.

¶Immo Pater, & Filius nō conceduntur communiter eſſe idem principium Spiritus ſancti, quia ratione articulationis includitur vnitas ſuppoſiti, licet quidam concedunt, quia nō ponit vnitatem abſolutā, ſed reſpectu eius cui additur, quia eſt adiectiuum. 1ª.q 36.4.6m./.1.diſt 29.4.3m./ Opuſc.9.q.56.

¶Reſpondeo dicendum dupliciter. ſ. primo, ꝙ hoc non videtur multum cogere, quin poſſit concedi, quòd Pater, & Filius ſunt idem principium, ſicut & vnum. Vtimur enim pronominibus communiter, & pro eſſentia, & pro perſona.

¶Secundo dicendum, ſicut Dubio 1133.

1135 ¶Quòd filia ſacerdotis ēt non nupta depræhenſa in ſtupro, lapidabatur in veteri teſtamento, ſecundum Hieron. Io aliis antem tantum nuptæ 3ª.q.29.1.4m./.4.d.30.q.2.ar.1.q.3.4m. Stuprum 3.

¶Immo filia ſacerdotis comburebatur, aliæ vero lapidabātur. 3ª.q 29.1 4m.ſi.

¶Reſpondeo dicendum, ꝙ filia ſacerdotis, ſi deprehenſa fuerat in ſtupro, & violauerit nomen patris ſui, flammis exurebatur. Sed quidam referunt verbum Hieronymi ad lapidationem infamiæ vt habetur 3ª.q.29.1.4m.ſi.

1136 ¶Quod ſubiectum eſt cauſa effectiua propriæ paſſionis, quia proprium fluit à ſubiecto, 1ª.q.77.6.3m./ Poſter.1.lect.10. Subiectum 8.

¶Immo ſubiectum eſt cauſa materialis eius, 1ª.q.77.1.5m.

¶Immo propriæ paſſiones ſunt accidentia ſubiecti per ſe, & ſimiliter producuntur à ſimili. 1ª.q.77.1.5m.

¶Reſpondeo dicendum, ꝙ ſubiectum eſt cauſa materialis propriæ paſſionis, vt materia in qua, ſed eſt cauſa effectiua, non quidem per aliquam tranſmutationem, ſed per naturalem reſultationem, vt habetur 1ª.q.77.6.3m.

1137 ¶Quod nomen ſubſtantiæ prius conuenit generibus, & ſpeciebus de prædicamento ſubſtantiæ, quàm indiuiduis. 1.d.23. q.1.1.1m./.diſt.26.q.1.1.4m. Subſiſtētia 4.

¶Immo genera, & ſpecies dicuntur ſubſiſtere ratione indiuiduorum. ſ. inquantum ſubſiſtere conuenit indiuiduis, ex hoc, quod ſunt ſub eis, 1ª.q.29.2.4m./.Poª.q.9.1 5m.

¶Reſpondeo dicendum dupliciter. ſ. primo, ꝙ dicuntur ſubſiſtere ratione indiuiduorum quantum ad actum ſubſiſtendi, non autem inquantum ſunt ratio, & cauſa ſubſiſtentiæ, vt habetur in primis locis.

¶Secundo dicendū, ſicut Dubio 1133. in reſponſione ſecunda.

1138 ¶Quod ſubſtantia eſt prior accidente tempore, idest generatione. Metaph.7.lect.13 ſi. Subſtātia 21.

¶Immo ſubſtantia, & accidentia propria ſimul producuntur. 1ª.q.77.1.5m.

¶Rndeo dicendū, ꝙ ſimul pducunt non per aliquā tranſmutationē, ſed per naturalē reſultationē, ꝗ vnum ex alio naturaliter exoritur, ſicut ex luce calor, vt ex Dubio 1136. adductum eſt.

¶Quod

Subſtãtia 25. 1139 ¶ Quòd nihil eſt directè in genere ſubſtantiæ, niſi habens complete aliquam naturam. 3.d.6.q.1.ar.1.q.1.1^{m}./.Opuſ.42.c^{o} 4.
¶ Oppoſitum vr dicere. 1.^{a}q.110.4.3^{m}./.4^{m}./.2.d.3.q.1,6.c.
¶ Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 173.

Subſtãtia 31. 1140 ¶ Quod ſubſtantia prius conuenit indiuiduis ſubſtantiis, quàm generibus, & ſpeciebus eius. 1 diſt. 23.q.1.2.c.
¶ Oppoſitum videtur dicere. 1.d.23.q.1.1.o./.d.26.q.1.1.4^{m}.
¶ Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 1137.

Suffragia 9. 1141 ¶ Quod ſuffragia peccatoris proſunt mortuis, nõ ſolũ ex opere operato in perſona eius, ſed ẽt ex opere operante in perſona eccleſiæ, vel ẽt ex opere imperantis, licet magis proſint ſuffragia bonorum. 3^{a}.q.82.6.c./.2.diſt 40.4.5^{m}./. 4.diſt.5.q.2.art.2.q.2.2^{m}./.d.19 q.1.ar.2.q.2.4^{m}./.d.45.q.2.ar.5.q.3.o.
¶ Oppoſitum videtur dicere à ſimili. 2 diſt.40.4.5^{m}.
¶ Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 959.

Suffragia 12. 1142 ¶ Quod damnatis ſuffragia nihil proſunt. 3. Præpoſitinum, Porretanum, & Altiſiodorenſem. Nec pueris in limbo, nec beatis, ſed tantum exiſtentibus in Purgatorio. 2.diſ.43.L.2^{m}./.3^{m}./. 4.d.45.q.2.2.o./. Ma.q.3.15.3^{m}./.1^{a}.Cor.15.lec.4.ſi.
¶ Immo bona, quæ damnati hic fecerunt, proſunt eis in inferno. 3^{a}.q.89.6.3^{m}./.4.d.25.q.1.ar.3.q.3.o./.d.45.q.1.3.9^{m}.
¶ Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 426.

Summum 8. 1143 ¶ Quod ſummũ malum non datur. 1^{a}.q.49.3.o./.q.103.7.1^{m}./. $2^{a}2^{æ}$.q.172.6.c./.2.d.1.q.1.2^{m}./.d.34.1.o./ 2.c./ 4.d.44.q.3.ar.2.q.1.2^{m}./.Cont.3.c^{o} 3./.15./.Po^{a}.q.3.6.o./.Opuſ.15.c^{o} 16.
¶ Immo aliquid eſt ſummè malũ. 1.d.17.q.2.2.c./.4.d.14.L.1.
¶ Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 857.

Superbia 16. 1144 ¶ Quod ſuperbia, & auaritia, inquantum ſunt ſpiritualia peccata, ſunt radices omnium peccatorum. $2^{a}2^{æ}$.q.84.1.c./.2^{m}./ 2.c./.$2^{a}2^{æ}$ q.119.2^{m}/. Mal.q.8.1.1^{m}./.16^{m}./.17./.2.c.ſi 14^{m}./. q.14 4.2^{m}./.q 15.4 2^{m}./.Iob 4./.Ro.7.lec.2./.1^{a}.Cor.11.le.4.ſi./.2^{a}.Cor.12.ſi./.1^{a}.Tim 6.ſi.
¶ Oppoſitum videtur dicere, quia actus, vel habitus nõ habet rationem radicis, ſed rami. 2.diſt.5.q.1.3.c./.2^{m}./.diſt.22.q.1.a.1.7^{m}./.diſt.42.q.2.1.c./.2^{m}./.3.1^{m}.
¶ Reſpondeo dicendum dupliciter. ſ. primo, ꝙ peccatum dicitur ſpirituale peccatum dupliciter, ideſt vel quia eſt circa ſpiritualem materiam, vel propter ſpecialitatem actus extendentis ſe ad omnẽ materiam, vt omnia vitia circa actum rationis, vt habetur $2^{a}2^{æ}$.q.54.1.c./.q.99.2.o. Superbia igitur dicitur ſpirituale peccatum primo modo magis, quàm ſecundo.
¶ Secundo dicendum, ꝙ radix dupliciter poteſt cõſiderari. ſ. vel vt eſt prima, & vniuerſalis cauſa, & per ſe, omnium quæ procedunt ex arbore. Et ſic dicit in ſecundo Sentent. ꝙ ſpeciale peccatum auaritiæ, & ſuperbiæ in actu, vel in habitu, vt eſt paſſio habitualis conſequens peccatum originale habet rationem radicis, quia oritur ex fomite peccati originalis, qui propriè eſt radix omnium peccatorũ, vt dicit 3.diſt.43.1.2^{m}. Sed in aliis locis conſiderat radices quãtum ad hoc, ꝙ ex ea oritur, & nutritur arbor. Ideo dicit auaritiam, & ſuperbiam, inquãtum ſunt ſpecialia peccata, habere rationem radicis, quia nõ eſt aliquod genus peccati, quod frequenter nõ oriatur, & nutriatur ex eis, licet non ſemper. Et etiam, iuxta Salomon dicens ſuperbiam eſſe initium omnis peccati, & Paulus dicens, cupiditatem eſſe radicem omnium malorum, loquuntur de eis, vt ſunt peccata ſpecialia. Sed vt auaritia, & ſuperbia eſt inordinatus appetitus vniuſcuiuſque rei, ſic etiam non eſt radix, ſed genus omnis peccati, vt habetur in ſecundis locis.

Superficies 2. 1145 ¶ Quòd ſuperficies eſt proprium, & per ſe ſubiectum colorum. $1^{a}2^{æ}$ q.56.2.3^{m} /.3^{a}.q.74.2 c./ 1.d.12.q.1.ar.2.q 1 1^{m}./.4 d.12.ar.4 q.1.c./.Virt.q.25.5.1^{m}./.Met.5.lec.18 /.Poſter.1.lec.10.
¶ Oppoſitum videtur dicere. Veri.q.2.3.2^{m}./. Anima 13.8./. Met.4.lect.7./.Poſter.1.lec.34.princ°.
¶ Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 20.

Superius 5. 1146 ¶ Quod ſuperius habet ſimilitudinem cũ inferiori, vt Sol cum igne. Et ideo eſt ſimilitudo omnium rerum ſecundũ formam, & ſecundum materiam. Et ſecundum accidens poteſt eſſe aliquid ſimile ſubſtantiæ, ſimilitudine quæ eſt inter cauſatum, & cauſam. 1^{a}.q.57.2.2^{m}./.1.diſtin.3.q.2.1.c./.q.3.1./. Cont.2.c^{o} 2./.Po^{a}.q.7 7.4^{m}.
¶ Immo nullo modo Deus eſt ſimilis creaturis, nec cauſa ſuis cauſatis. 1^{a}.q.4 3.4^{m}./.1.diſt.19.q.1.u.c./ diſt 35.4.6^{m}./.diſt.48.1.4^{m}./.Cont.1.c^{o} 2./ 29./. Veri.q.2.11.1^{m}./. q.4.4.2^{m}./.q.23.7.11^{m}./.Po^{a}.q.7.7.10^{m}.
¶ Reſpondeo dicendum dupliciter. ſ. primo, ꝙ vt habetur Veri.q.4.4.2^{m}.Po^{a}.q.7.7.4^{m}. Similitudo dicitur dupliciter. ſ. vel propriè, ideſt quando forma æqualiter, & eadem ratione eſt in vtroque extremorum, vel inuenitur large in exemplari, licet non ſit ad imitationem alterius. Et ſic ſecundo modo Deus, Idea, Verbum, Subſtantia, & Cauſa, quandoque dicuntur habere ſimilitudinem ad ſuos effectus, quia ſecundum Ariſtotelem in quarto, & quinto Metaphyſicæ ſimilia dicuntur, quæcunque conueniunt in qualitate, ſeu forma, non autem primo modo, vt eſt ſupra Dub.o 471. adductum eſt.

¶ Secundo dicendum, quod etiam ſimilitudo creatoris reperta in creatura, eſt docens nos, ſed confuſe in cognitionem eius, vt habetur 1.diſt.3.q.2.1.o./.q.3.c.

1147 ¶ Quòd in compoſitis dicuntur ſuppoſitum, & natura. 1^{a}.q.3.3.c./.q.29.2.3^{m}./.3^{a}.q.16.5.1^{m}./.1.di.5.q.1.1.c./.d.25.1.3^{m}./.2.diſt.3.q.1.1.c./.3.diſt.5.q.1.3.c./.Cont.4.c^{o} 55.4^{m}./.Po^{a}.q.2.1.c./.q.7.4.c./.q.9.1.c./.Vnio 1.c.princ°./.3.14^{m}./. Anima 17.10^{m}./.Metaph.7.lec.11.ſi./.lib.8.lec.3./.Anima 3.lec.8. Suppoſitũ 5.
¶ Oppoſitum uidetur dicere. 1^{a}.q.3.3.c.
¶ Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 114.

1148 ¶ Quod in creaturis nõ poſſunt eſſe multa ſuppoſita in eadẽ numero natura, quia in eis natura communicatur, ſecundum rationem ſuiiuum, non autem ſecundum eſſe. 1.diſt.2.4.1^{m}./.d.4.q.1.1.2^{m}./.3.d.7.q.1.1.5^{m}./.Po^{a}.q.2.1.c./.8^{m}./.q.7.3.4^{m}.q.9.5.13^{m}./.19./.22^{m}./.Voio 3.c./.Quolib.3.9.27^{m}. Suppoſitũ 8.
¶ Immo in eis natura cõmunicatur ſecundum rem. 1^{a}.q.13.9.c.
¶ Reſpondeo dicendum dupliciter. ſ. primo, ꝙ in eis non poſſunt eſſe multa ſuppoſita in eadem numero natura, numeroſitate ſuppoſiti, ſed numeroſitate eſſentiæ.
¶ Secundo dicendum, ſicut Dubio 367.

1149 ¶ Quòd tempus habet eſſe perfectũ extra animam, quod debetur ei ſecundum rationem propriæ ſpeciei. Opuſc.44.c^{o} 2. Tempus 5.
¶ Immo temporis ratio cõpletur ex actione animæ numerantis. 2.diſt.12.5.2^{m}./.Opuſc 44.o./.Phy.4.lect.22.
¶ Reſpondeo dicendum, quod tempus quo ad ſuum quaſi materiale fundatur in motu. ſ. ſecundum prius, & poſterius, ſed formale eius completur per actum animæ numerantis. Ideo non eſſet tempus, ſi non eſſet anima, vt habetur 1.diſt.19.q.2.2.c./.q.5.1.c.princ°./.diſt.37.q.4.3.c./.2.diſt.12.5.2^{m}./.Opuſ.45.o./.Phil.4 lect.22.

1150 ¶ Quod tempus non menſuratur alio tempore, nec fieri eius, quia totum eſſe eius eſt in fieri. Ideo incipit in principio temporis, vt in principio, non autem vt in menſurante. 2^{a}.q.66.4.5^{m}./.2.diſt.3.L.prin°./ Po^{a}.q.3.17.24^{m}./.25^{m}. Tempus 21.
¶ Oppoſitum videtur dicere. Po^{a}.q.3.17.24^{m}.
¶ Reſpondeo dicendũ dupliciter. ſ. primo, quod pro tanto oportet illud, quod incipit habere menſuram durationis, quia incipit per motum. Sic autem tempus non incipit.
¶ Secundo dicendum, quod omnis menſura in ſuo genere ſeipſa menſuratur, ſicut linea per lineam, & ſimiliter tempus per tempus, vt habetur Po^{a}.q.3.17.24^{m}.

1151 ¶ Quod tempus eſt per ſe menſura motus primi. Ideo nõ menſurat eſſe, niſi ſecundum ꝙ ſubiacet variationi ex motu cœli. 1^{a}.q.10.4 3^{m}./.$2^{a}2^{æ}$.q.31.2.c./.1.diſt.19.q 2.1.4^{m}./.4.d.17.q.1.ar.5.q.3.3^{m}./.q.2.ar.1 q.3.3^{m}./.diſt.49.q.3.o /.Po^{a}.q.5.1.2^{m}./.4.1^{m}./.Quolib.4.5.c./.Phi.8 lec.20. Tempus 24.
¶ Immo accidit tempori eſſe menſuram motus firmamenti. 1^{a}.q.66.4.3^{m}.
¶ Reſpondeo dicendum, ꝙ homo accidit tempori, quia ſi alius eſſet motus primus, illius motus eſſet tempus menſura, vt habetur 1^{a}.q.66.4 3^{m}.

1152 ¶ Quòd ſcriptura diuina creationem rerum, in indiuiſibili factam pronunciat, dicens: In principio creauit Deus cœlum, & terram. Quod quidem principium, Baſilius principium temporis exponit, quod quidem eſſe indiuiſibile, vt ſecundum Philoſophum probatur. 1^{a}.q.46.3.1./.Cont.2.c^{o} 19.ſi. Tempus 29.
¶ Oppoſitum videtur dicere 1^{a}.q.46.3 1^{m}.
¶ Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 129.

1153 ¶ Quod theologia eſt ſcientia nobis diuinitus reuelata. 1^{a}.q.1.2.2^{m}./.1.prolo.3 q.1.1^{m}. Theologia 6.
¶ Immo theologia eſt ſcientia acquiſita per ſtudium, laborem, & motum intellectus. ſ. propter incipientium eruditionẽ, proſectorum inſtructionem, & impedimentorum euitationem. 1^{a}.prolo.o./.1.prol.q.1.3.c.
¶ Reſpondeo dicendum dupliciter. ſ. primo, quod theologia humanitus inuenta ſ. philoſophia prima, eſt ſcientia acquiſita per ſtudium. Sed theologia, cuius ſubiectum eſt Deus, eſt nobis diuinitus reuelata.
¶ Secundo dicendum, quod etiam theologia diuinitus reuelata patribus, acquiritur nobis per ſtudium quo ad eius concluſiones, non autem quo ad eius principia, quæ ſunt articuli fidei, & quæ ſunt omnibus diuinitus reuelata.

1154 ¶ Quod Deus eſt ſubiectũ theologiæ. 1^{a}.q.1.7.o./.1.prol.4.1^{m}. Theologia 15.
¶ Immo ens diuinum reuelabile eſt ſubiectum theologiæ. 1^{a}.q.1.1.2^{m}./.3.c./.2^{m}./.4.1./.1 prolo.4.o.
¶ Reſpondeo dicendum ſextuplicìter. ſ. primo, quòd duplex eſt ſubiectum in ſcientia, vt habetur Metaph.5.lect.6 prin°. ſ. vel ſubiectum adæquatum, quod ſcilicet prædicatur de omnibus conſideratis per ſe in illa ſcientia: vel ſubiectum principale, ſeu ſubiectum attributionis. ſ. quod principaliter conſideratur, & ad quod referuntur omnia, quæ in illa ſcientia conſiderantur, & ad illud ordinantur. In primo igitur Sententiarum loquitur de ſubiecto primo modo. In prima vero parte de ſubiecto ſcientiæ ſecundo modo.

¶Secundo dicendum, quod vt ipſe dicit Deum eſſe ſubiectum theologiæ: verum eſt, cum formalis ratio obiecti in theologia ſit à Deo. Et tale eſt verum ſubiectum eius. Aliud vero dictum de his, quæ materialia ſunt in ſubiecto, intelligi poteſt, & non id ſubiectum eſſe dicimus, niſi forte per accidens. Sed diximus alibi id eſſe ſubiectum theologiæ, quia reuerentiæ Doctorum, qui talia dixerunt, in aliquo derogare oderimus, vt hr Opuſc. 72. q. 1.

¶Tertio dicendum, quod ratio formalis obiecti eſt duplex, ut habetur 2a 2æ. q. 1. a. c. ſ. vel ex parte rei, vel ex parte noſtra. In primo igitur ſententiarum, ſumit rationem formalem primo modo. In prima vero parte, ſecundo modo.

¶Quarto dicendum, quod in primo Sent. loquitur de ſubiecto materiali. In Prima autem parte, de ſubiecto ſcientiæ formali, quia in hac ſcientia non conſideratur aliquid quo ad rationem entis, vel diuini, vel mobilis, ſed ſub ratione Dei, vel de Deo, vel in ordine ad Deum, vt ad principium vel finem.

¶Quinto dicendum, quod in primo Senten. loquitur de theologia vt eſt ſcientia ſubalternata, quia incipit a reuelatis, nec ſeruat ordinem doctrinæ. ſ. procedendo a facilioribus, ſed in Prima parte loquitur de theologia ſecundum ſe, & ut ſubalternans eſt, quia incipit a magis notis nobis.

¶Sexto dicendum, quod in primo Sententiarum loquitur vt bachalarius, ſecundum opinionem aliorum, ideo dicit, poteſt dici, & de quibus dicit, quod reuerentiæ Doctorum, qui talia dixerunt, in aliquo derogare oderimus, vt habetur Opuſc. 72. quæſtio. 1. Sed in prima parte loquitur ſecundum ſententiam propriam, vt theologiæ Doctor. Ideo dicit dicendum eſt, quia quando ſcripſit ſupra libros Sententiarum, erat bachalarius, quando vero compoſuit ſummam theologiæ, erat ſacræ theologiæ Doctor, & Magiſter.

Theologia 31. 1155 ¶Quòd theologia eſt dignior cæteris ſcientiis. 1a. q. 1. 5. o./ Cont 2. cap^o 4. fi.

¶Immo metaphyſica eſt dignior cæteris ſcientiis, cum ſit ordinatiua aliarum ſcientiarum. 2. diſt. 3. q. 3. a. c./ diſtin. 24. q. 2. a. 4^{m}./ Cont. 3. c^o 25. 8^{m}./ Eth. 6. lec. 6. prin./ Meta. 1. lec. 1. med.

¶Immo logica eſt dignior cæteris ſcientiis, cum ſit ars artium. Poſter. 1. princ^o.

¶Reſpondeo dicendum, quòd ſacra theologia eſt dignior aliis ſcientiis, & propter nobilitatem materiæ, & certitudinem, & altiorem finem, vt hr in primis locis. Sed metaphyſica dicitur dignior aliis ſcientiis humanitus inuentis; quia ordinat eas. Logica autem, quia eſt adminiculum aliarum, vt hr Trin. 17. 2^{m}.

Theologia 40. 1156 ¶Quod theologia ſacra differt ſecundum genus a theologia naturali, ideſt à metaphyſica. 1a. q. 1. 1. 2^{m}.

¶Oppoſitum videtur dicere. 1a 2æ. q. 54. 2. 3^{m}.

¶Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 1110.

Totum 8. 1157 ¶Quod totum homogeneum nihil includit, quod non includit quælibet pars eius, nec differt ſecundum identitatem earum, & totius, nec per conſequens à ſuis partibus. 1a. q. 11. 2. 2^{m}/. 4. diſt. 44. q. 1. art. 1. q. 3. c./ Cont. 4. c^o 66. fin.

¶Immo quodlibet totum eſſentiale, vel integrale differt realiter ab omnibus ſuis partibus etiam ſimul ſumptis. Meta. 7. lec. 10./ lec. 14. fi.

¶Reſpondeo dicendum, quod differt etiam totum omogeneum à ſuis non ſecundum rem, ſaltem ratione.

Totum 15. 1158 ¶Quòd id ſolum ſe toto agit, quod ſecundum ſe totum eſt in actu, quod non eſt, niſi actus infinitus, & purus. ſ. Dei. Pot^a. q. 3. 1. c. prin^o./ 4 c. fi.

¶Immo etiam angelus ſe toto agit, ideſt mouetur, ſecundum totam virtutem ſuam in id quod agit. 1a q. 62. 6. o./ quæſt. 63. 8. 3^{m}./ 2. diſt. 17. q. 1. 3. 4^{m}./ 4. diſt. 4. q. 2. art. 3. q. 3. 1^{m}./ Verit. q. 24. 10. c./ Matth. 25.

¶Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 125.

Verbum 1. 1159 ¶Quod verbum mentis nihil aliud eſt, quàm conceptio intellectus, quæ eſt operatio, ideſt ipſum intelligere, vel ſpecies intellecta. 1. diſt. 27 q. 2. 2. 3. c.

¶Oppoſitum videtur dicere Cont. 1. c^o 53./ li. 4. c^o 11./ Pot^a. q. 8. 1. c./ Spiritu 9. 6^{m}./ Quolib 5. q. 5. 2. o./ Opuſ. 53.

¶Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 951.

Verbum 10. 1160 ¶Quod de ratione verbi in diuinis non tantum eſt manifeſtatio, ſed etiam proceſſus realis. Cont. 4 c^o 11./ Veri. q. 4. 2. c.

¶Immo vr ſufficere proceſſus ſm rationem. 1. d. 27. q. 2. 2. o.

¶Reſpondeo dicendum, quod verbum dicit quandam emanationem intellectus, & exitum in manifeſtationem ſui. Et ideo quia exitus ille poteſt intelligi, vel ſecundum rem diſtinctam, prout in diuinis filius exit à patre, vel ſecundum rationem tantum, prout intelligere eſt ab intellectu diuino, ideo & verbum quandoque eſſentialiter, & quandoque perſonaliter dicitur, ſicut & amor, vt habetur 1. diſt. 27. q. 1. 2. 1^{m}. vt etiam addocetur infra Dubio 1161.

Verbum 47. 1161 ¶Quòd verbum in diuinis proprie dicitur perſonaliter tantum, non autem eſſentialiter. 1a. q. 34. 1. o./ 2a 2æ. q. 93. 1. 2^{m}./ Verit. q. 4. 2. o./ 4. 4^{m}./ Pot^a. q. 9. 9. 7^{m}./ Quol. 4. q. 1. o./ Opuſcu. 1. cap^o 11.

¶Immo dicitur etiam eſſentialiter. 1. di. 27. q. 2. 2. o./ Ver. q. 4. a. 9^{m}./ 10^{m}./ 11^{m}./ Opuſc. 3. c^o 41.

¶Reſpondeo dicendum dupliciter. ſ. primo, quod verbum, vt dicit relationem rationis, dicitur eſſentialiter. Sed vt dicit relationem realem, ſicut eſt in viu, dicitur perſonaliter tantum, vt habetur in ſecundis locis.

¶Secundo dicendum, ſicut Dubio 1160.

1162 ¶Quod veritas magis fundatur in eſſe rei, quàm in eſſentia rei. 2a 2æ. q. 109. 1. c./ 1. d. 19. q. 5. ar. 1. c./ 7^{m}./ Ve. q. 1. 5. 18^{m}./ 19./ — Veritas 5.

¶Immo etiam res dicitur vera, vel falſa, ſicut dicitur aurum verum, vel falſum, Periherm. 1. lec. 3.

¶Reſpondeo dicendum, quod dicuntur res aliquæ veræ, vel falſæ per comparationem earum ad intellectum noſtrum, non quidem eſſentialiter, vel formaliter, ſed effectiue, inquantum ſ. natæ ſunt facere de ſe veram, vel falſam æſtimationem, vt hr Perther. le. 3.

1163 ¶Quòd veritas propoſitionis ſecundum neceſſitatem, & contingentiam non variatur, expoſito in ea materialiter, ſed ex principali compoſitione, in qua fundatur veritas propoſitionis. Verit. q. 2. 12. 7^{m}. — Veritas 21.

¶Oppoſitum videtur dicere a ſimili. Poſter. 1. lec. 9. princ^o.

¶Reſpondeo dicendum, quod veritas propoſitionis fundatur in compoſitione intellectus, ſicut in ſubiecto, ſed in re ſicut in cauſa.

1164 ¶Quòd veſtigium Trinitatis eſt ſimilitudo creatoris, reperta in creatura, ducens confuſe in cognitionem eius. 1. diſt. 3. q. 2. 2. o./ q. 3. c. — Veſtigium 1.

¶Immo nullo modo Deus eſt ſimilis creaturis. 1a. q. 4. 3. 4^{m}./ 1. diſt. 19. q. 1. 2. c./ diſt. 35. 4. 6^{m}./ diſt. 48. 1. 4^{m}./ Con. 1. c^o 29./ Verit. q. 2. 11. 1^{m}./ q. 23. 7. 13^{m}./ Pot^a. q. 7. 7. 10^{m}.

¶Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 471./ 1146.

1165 ¶Quod in id, quod fit a natura ſuperiori in inferiorem, nõ eſt violentum, nec contra naturam. Pot^a. q. 4. 2. 21^{m}./ q. 6. 1. 17^{m}. — Violentia 2.

¶Oppoſitum videtur dicere. 3 diſt. 13. ar. 2. q. 2. 2^{m}./ 3^{m}.

¶Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 301.

1166 ¶Quod virginitas eſt ſpecialis virtus. 1a 2æ. q. 64. 1. 3^{m}./ 2a 2æ. q. 152. 1. 1^{m}./ 3. o./ q. 155. 1. 1./ 3^{m}. — Virginitas 2.

¶Immo virginitas non eſt virtus, ſed nominat ſtatum virtutis, & aliquid virtuti accidens. 3. diſt. 33. q. 3 ar. 2. q. 2. 3^{m}./ diſt. 36. a. 5^{m}./ Verit. q. 5. 2. 7^{m}.

¶Reſpondeo dicendum, quod ſicut habetur 2a 2æ. q. 152. 3. o./ 4. diſtin. 33. q. 3. 2. 4^{m}./ Virginitas poteſt ſumi tripliciter. ſ. vel materialiter, ideſt pro incorruptione ſignaculi, ſeu irreſolutione ſeminis propter delectationem. Vel formaliter, ideſt pro habitu, quo quis proponit, ſeu eligit perpetuo ſeruare integritatem mentis, & corporis. Et hoc dupliciter. ſ. vel ſine voto, vel cum voto. Primum accidit virtuti. Secundum autem nominat ſtatum virtutis, vt habetur 4. diſt. 33. q. 3. ar. 2. 3^{m}./ 4^{m}./ 6^{m}./ Sed tertium eſt virtus, & poteſt remanere, deficiente primo, & ſecundo, vt habetur in locis primo allegatis.

1167 ¶Quod virginitas non conſecratur in viris, ſed tantum in mulieribus per velum, vel per aliquid aliud, quia viri non ſignificant ſponſam Chriſti. ſ. eccleſiam. 4. diſt. 38. q. 1. 5. 5^{m}. — Virginitas 14.

¶Oppoſitum videtur dicere. 4. diſt. 38. q. 1. 5. c.

¶Reſpondeo dicendum, quod licet viri non ſignificent ſponſam, ideſt eccleſiam, per matrimonium tamen carnale repreſentatur matrimonium ſpirituale quantum ad fœcunditatem, vt habetur 4. diſt. 38. q. 1. 5. c.

1168 ¶Quòd virginitas, vt virtus, non poteſt amitti ſine peccato, quia firmata eſt per votum 2a 2æ. q. 152. 3. 4^{m}. — Virginitas 29.

¶Immo poteſt amitti ſine peccato. 4. diſt. 33. q. 3. 2. 2^{m}./ 4^{m}./ diſt. 49. q. 5. ar. 3. q. 1. c.

¶Reſpondeo dicendum, quod in Secunda Secundæ loquitur de virginitate quo ad ſuum formale. ſ. quo ad propoſitum voto firmatum, integritatis perpetuo ſeruandæ. Sed in quarto Sententiarum loquitur de ea quo ad ſuum materiale. ſ. quo ad integritatem carnis, quæ nominat materiam, & ſtatum virtutis, & non virtutis ſine voto, vel cum voto.

1169 ¶Quod virginitas quo ad ſuum formale poteſt reparari per pœnitentiam, & ſemper eſt cum ceteris virtutibus, non autem quo ad materiale eius. 2a 2æ. q. 152. 3. 2^{m}./ 3^{m}./ 3a. q. 89. 3. 1^{m}./ 3. diſt. 31. q. 1. ar. 4. q. 1. 1^{m}./ 4. diſt. 14. art. 5. q. 2. 3^{m}./ Quol. 5. 2^{m}. — Virginitas 32.

¶Oppoſitum videtur dicere etiam quo ad omnem integritatem. 1a. q. 25. 4. 3^{m}./ 2a 2æ. q. 152. 3. 3^{m}./ Quol. 5. q. 2. 1. o.

¶Reſpondeo dicendum, quod etiam quo ad omnem integritatem carnis virtute diuina poteſt reparari, non autem præteriti, quia hoc implicaret contradictionem ſ. quod mulier corrupta non fuerit corrupta, vt etiam ſuperius Dubio 499. adductum eſt.

1170 ¶Quod virginitas fuit ſemper licita poſt ſufficientem multitudinem hominum etiam in lege Moyſi, & naturæ integræ, non autem ante. 3. diſt. 33. q. 3. 2. 1^{m}. fi./ diſt. 49. q. 5. ar. 3. q. 2. 3^{m}. — Virginitas 35.

¶Oppoſitum videtur dicere. 3a. q. 28. 4. c.

¶Reſpondeo dicendum, quod ſuperfluum eſſet, ſi aliquis ſeruare vellet virginitatem, vel qui non deberet, ſicut tempore legis Moyſi, vel propter quod non debetur, ſicut virgines Veſtales, & ſimiliter ſecundum alias circumſtantias, nunc autem eſt licitum.

¶Quod

Virtus 28. 1171 ¶Quód virtus eſt bona ſeipſa, & non per aliam virtutem. 12æ. q. 55. 3. 2m. /. Virt. q. 1. 2. 1m. /. 7m.
Immo é bona alio. i. ordine rõnis, vel mẽſura rõnis. 2. d. 27. 2. 2.
¶Rñdeo dicẽdũ dupliciter. ſ. primo, ꝙ in primo dicto loquitur de alietate reali. Sed in ſecũdo dicto de alietate rõnis, q. ſic ẽt lux eſt pfectio coloris, cũ tñ color ſit eſſentialiter lux, ſm Ariſ. in lib. de Senſu, & Senſato. i. ꝙ lux eſt tota hypoſtaſis colorum. Et S. Doctor dicit. 1. d. 17. q. 1. ar. 4. c. ꝙ color eſt lux incorporata.
¶Secundo dicendum, ꝙ primo intelligit, ꝙ virtus non eſt bona alia bonitate formaliter, & intrinſece. Secundo autem, ꝙ eſt bona originaliter, & extrinſece ordine rationis.

Virtus 30. 1172 ¶Quod virtus dicitur vltimum potentiæ, quia ad illud potentia ordinatur. ſ. ad obiectum, quia ibi virtus ſumitur pro obiecto. 1a. q. 55. a. 1m. /. 3. c. /. 22æ. q. 23. 3. 2m. /. 2. diſt. 27. 1. 1m. /. 3. diſt. 23. q. 1. art. 3. q. 1. c. /. q. 2. 2m. /. 4. diſt. 8. q. 1. art. 1. q. 1. 1m. /. Veri. q. 14. 3. c. /. Virtu. q. 1. 1. 6m. /. 9. 15m. /. 11. 15m. /. 13. 1m. /. Quol. 4. q. 2. 1. 1m. /. Poſter. 1. lec. 37.
¶Immo eſt vltimum potentiæ per reſpectum ad actum, quia altiſſimũ, & vltimum in quod potentiæ eleuare poteſt, eſt actus quem virtus elicit, ſed non eſt aliquid potentiæ. 2. d. 27. 1. 1m.
¶Immo virtus dicitur vltimũ potentiæ, quia perfectio potentiæ menſuratur ex vltimo, & maximo, quod quis poteſt. 3. diſt. 23. q. 1. art. 3. q. 1. c. /. Poſter. 1. lec. 37.
¶Immo & actus eſt vltimũ potẽ. ſicut extra genus potẽ. virtus aũt ſicut in eodem genere. 1. princip. 3. d. 23. q. 1. ar. 3. q. 3. 2m.
¶Immo vel dicitur eſſe vltimum, id eſt difficillimum, quia eſt in medio, quod eſt difficillimum. Vir. 1. q. 1. 13. 1m.
¶Immo vel virtus dicitur eſſe vltimum in ſpecie, non autem ſimpliciter. Virt. q. 1. 9. 15m.
¶Immo vel virtus dicitur vltimum potentiæ, non vt importat ordinem effectus, ſed ordinem exceſſus. 12æ. q. 13. 3. 2m.
¶Reſpõdeo dicendũ tripliciter. ſ. primo, ꝙ vt hř 4. d. 8. q. 1. ar. 1. q. 1. 1m. duplex eſt vltimum. ſ. vel in re, ſicut ſuperficies locati, eſt vltimũ eius, vel extra rem, ſicut locus. Habitus igitur virtutis eſt vltimum potentiæ primo modo, actus autem, & obiectum ſecundo modo, primum immediate, ſecundum vero mediate.
¶Secundo dicendum, ꝙ vt hř Virtu. q. 1. 1. 6m. aliquid dř vltimũ potentiæ dupliciter. ſ. vel materialiter, id eſt illud, ad quod potentia ordinatur. Et hoc eſt duplex. ſ. propinque actus, & remote obiectum. Vel eſſentialiter, id eſt complemẽtum, & perfectio potentiæ, ſiue ſit aliud à potentia. i. habitus, ſiue non.
¶Tertio dicendum, ꝙ ſicut probatur Veri. q. 14. 3. c. duplex eſt potentia. ſ. vel cuius actus tranſit in exteriorem materiam, & perficit eam. Et vltimum talis potentiæ eſt actus eius principaliter, ſecundario autem obiectum eius. Vel cuius actus non tranſit ad extra, ſed ipſam potentiam perficit. Et vltimum talis potentiæ, vt ſtabile eſt habitus, ſed vt fluens eſt actus eius.

Virtus 61. 1173 ¶Quód & eadem virtus poteſt eſſe in diuerſis potentiis. 1a. q. 56. 2. c. /. q. 60. 5. c. /. Veri. q. 27. 6. 18m.
¶Oppoſitum videtur dicere. 2a. q. 79. 5. c. ſi. / 4. diſt. 14. q. 1. ar. 3. q. 1. c. /. Veri. q. 14. 4. 7m.
¶Reſpondeo dicendum dupliciter. ſ. ꝙ in Prima Secundæ loquitur de potentia ordine quodam, ſicut ibi ſubiungit, ꝙ vna virtus poteſt eſſe in diuerſis potentiis, non æqualiter, vt intelligit in quarto Sententiarũ, ſed ordine quodam. ſ. in vna principaliter, in alia vero per modum diffuſionis, vel diſpoſitionis, vel directionis, vel ſecundum ꝙ vna potentia mouetur ab alia.
¶Secundo dicendum, ꝙ in quarto Sententiarum loquitur de eſſe in potentia, vt in ſubiecto, & ſecundum idem, ſed in Prima Secundæ ſecundum diuerſa, & vt in cauſa, vel vt in effectu, vel vt in ſubiecto, & quocunque alio modo.

Virtus 71. 1174 ¶Quód virtus increata non eſt in aliquo genere. 4. diſt. 1. q. 1. art. 4. q. 2. 1m.
¶Oppoſitum videtur dicere. 1a. q. 3. 4. 2m. /. 1. diſt. 8. q. 4. 2. 3m. /. Pot. q. 7. 3. 7m. /. q. 9. 3. 3m. /. Trin. 2. 4m.
¶Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 264.

Virtus 118. 1175 ¶Quód actus vnius virtutis vt elicitus, põt attribui alteri virtuti vt imperanti. 12æ. q. 114. 4. 1m. /. 22æ. q. 32. 1. 2m. /. q. 81. 3. c. /. q. 88. 6. c. / q. 147. 2. 2m. /. 2. d. 24. q. 1. 2. 2m. /. d. 25. 3. c. /. 3. diſt. 23. q. 2. 2. c. /. d. 27. q. 2. 3. 4m. /. ar. 4. q. 2. 2m. /. q. 3. c. /. 4. diſt. 15. q. 2. ar. 3. q. 2. 4m. /. q. 3. ar. 1. q. 3. c. /. q. 4. ar. 7. q. 1. 2m. /. Cont. 3. cº 138.
¶Oppoſitum videtur dicere à ſimili. 4. diſt. 14. q. 1. ar. 3. q. 1. c. /. Verit. q. 14. 4. 7m.
¶Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 1173.

Virtus 121. 1176 ¶Quod virtutes ſunt maxima bona. 1. diſt. 1. L. 4m.
¶Oppoſitum videtur dicere 1a. q. 6. 1. 2m. /. 2. 0. /. q. 16. 3. 1m.
¶Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 287.

Virtus 138. 1177 ¶Quód vna virtus eſt prior alia ſecũdum actus, licet ſimul infundantur omnes à Deo ſecundum habitus. 12æ. q. 62. 4. c. /. 3a. q. 85. 6. c. /. 3. diſt. 23. q. 2. 5. c. /. 4. diſt. 17. q. 1. ar. 4. q. 3. 3m.
¶Oppoſitum videtur dicere. 12æ. q. 65. 1. 3m /. Vir. q. 5. 2. 4m. /. 6m. /. 8m. /. 11m.
¶Reſpondeo dicendum, quod virtutes ſimul infunduntur, ſed ordine quodam, prout actus vnius ordinatur ad alium, vt etiam ſupra Dubio 1173. adductum eſt.

1178 ¶Quód vitium non tantum opponitur virtuti imperfectæ, ſed etiam imperfectæ, in genere virtutis, ſcilicet habilitati naturali ad bonum, & diſpoſitioni ad virtutem. 12æ q. 63. 2. 1m. /. q. 73. 1. 2m. /. 3. diſt. 23. q. 3. ertic. 1. q. 2. 3m. /. Verit. q. 14. 6. 2m. /. Virtu. q. 1. 1. 1m /. 5m. /. q. 2. 13. c. Virtus 147
¶Oppoſitum videtur dicere. Virt. q. 1. 10. 16m.
¶Rñdeo dicendũ dupl. ſ. primo, ꝙ in vltimo loco loquitur de virtutibus moralibus infuſis, quæ ſimul ſtant cũ vitiis, vt tendunt ad non eſſe. Sed in alio loco loquitur de fide informi, & infidelitate, quæ opponuntur ſm verum, & falſum circa idem.
¶Secundo dicendum, quod in quæſtionibus de Virtutibus in communi, loquitur de oppoſitione imperfecti, quæ eſt, vel medij ad medium, vel medij ad extremum: in aliis autem locis de oppoſitione perfecta, id eſt de contrarietate, quæ eſt inter maxime diſtãtia, ſicut etiam ſupra Dubio 692. adductum eſt, & adducetur infra Dubio 1181.

1179 ¶Quód non oportet, ꝙ principale vitiũ opponatur principali virtuti. 12æ. q. 84. 4. 1m. /. 22æ. q. 34. 5. 1m. /. q. 118. 7. 1m. /. q. 142. 3. 1m. /. q. 162. 6. 2m. /. 7. 3m. / 2. d. 5. q. 1. 3. 5m /. 3. d. 33. q. 2 ar. 1. q. 3. 4m. /. 4. d. 13. q. 2. 2. 1m. /. Ma. q. 8. 1. 3m. /. 12m. /. q. 13. 3. 1m. Virtus 153.
¶Oppm vř dicere. 1a. q. 73. 4. c. /. 22. q. 33. 2. b. /. Ma. q. 2. 10. c.
¶Reſpondeo dicendum dupliciter. ſ. primo, quia vt hř 1. d. 27. q. 1. 2. c. /. 4. d. 14 L. 12m. malum maximũ, ſeu ſummũ, vel peſſimum, poteſt ſumi dupliciter. ſ. vel per remotionẽ omnis boni, vel per acceſſum ad extera mala. Primo modo non datur, niſi in apprehenſione. Ideo nõ opponitur optimo, niſi ſecundum rationem. Secundo aũt modo põt tripliciter conſiderari. ſ. vel ſecundum ſpeciem ſuã, prout peccata, & vitia ſpecificantur ex obiecto ſuo, ſicut & virtutes. i. per conuerſionem ad bonũ commutabile. Vel ſecundum auerſionẽ, vel ſecundũ circũſtantias, vel ſecundum extenſionẽ ad effectus. Primo modo opponitur optimo peſſimũ, non autẽ ſecundo, vel tertio modo, ſed potius optima virtus opponitur & minimis peccatis, excludendo ea.
¶Secundo dicendum, ſicut Dubio 192. /. 1178.

1180 ¶Quod virtus infuſa differt ſpecie à virtute acquiſita dupliciter. i. vel ratione diuerſæ regulæ, vel ratione diuerſi finis. 12æ. q. 63. 4. c. /. 3. diſt. 33. q. 1. ar. 2. q. 4. c. / 4. d. 14 q. 2. 2. 4m. /. diſ. 50. q. 1. 2. 4m. /. Virt. q. 1. 10. 7m. /. 8m. /. 9m. q. 5. 4. c. Virtus 165.
Oppoſitum videtur dicer à ſimili. 1a. q. 94. 3. 1m.
¶Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 1111.

1181 ¶Quod virtutes intellectuales nõ ſunt connexæ ad inuicem. 12æ. q. 65. 1. 3m. /. Verit. q. 5. 1. 4m. /. 6m /. 8m. 11m. Virtus 201.
¶Immo ſimul omnes infunduntur à Deo. 3. diſt. 23. q. 2. 5. c. /. 4. diſt. 14. q. 1. art. 2. q. 2. c.
¶Reſpondeo dicendum, quod virtutes omnes ſimul infunduntur quantum ad habitus. Sed quod vna dicatur prior altera, eſt quantum ad ordinem cõſideratum in earum actibus, vt habetur 4. diſt. 14. q. 1. art. 2. q. 2. c. princº. vt etiam ſupra Dubio 1173. /. Dubio 1177. adductum eſt.

1182 ¶Quod virtus infuſa eſt maximum bonum ſimpliciter. Virt. q. 1. 5. 7m. Virtus 246.
¶Oppoſitum videtur dicere. 1a. q. 6. 1. 2m. /. 2. 0. /. q. 16. 3. 1m.
¶Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 287.

1183 ¶Quod viſus habitus per generationem naturalem, & viſus cæci illuminati per miraculum ſunt eiuſdem ſpeciei: ideo non poſſunt eſſe ſimul in eodem oculo, ſicut nec duo accidẽtia, vel duæ formæ eiuſdem rationis, non poſſunt eſſe ſimul in eodem ſubiecto. 1a. q. 94. 3. 1m. / 12æ q. 63. 4. 3m. /. 2. d. 30. q. 2. 1. 7m. /. Virt. q. 1. 10. 2m. Viſus 5.
¶Oppoſitum videtur dicere à ſimili. 1a. q. 1. 1. 2m. /. 3a. q. 9. 4. 5m.
¶Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 1111.

1184 ¶Quód vita contemplatiua eſt ſinis vitæ actiuæ. 3. diſ. 35. q. 1. art. 4. q. 4. 1. c. /. Opuſc. 17 cº 7. 7m. Vita 52.
